Antiochen. canon. 10. cum alijs, quæ suprà retulimus; & confirmatur ex d. cap. *Quanuis*, vbi solùm vetat Chor-episcopos conferre sacerdotalem, vel diaconatus ordinem, quasi reliqui eisdem permittantur. Cæterum contrarium dicit Gratianus in d. cap. *Ecclesijs*, & probat expressè Damasus Papa d. epistola 3. & ex eo, quia est ordo sacer, qui solum ab Episcopis conferri potest.

Ayala. 2.
Hoc argumento conuictus est Ayala loco suprà citato, vt negaret sub diaconatum esse sacramentum. Verum qui Chor-episcopos putant non fuisse veros Episcopos, vt hoc absurdum euitent, afferere coguntur, ministerium ordinarium huius sacramenti subdiaconatus, esse quidem Episcopum, sicut etiam minister ordinarius sacramenti Confirmationis Episcopus est, ex commissione tamen, posse esse simplicem præsbyterum quales erant Chor-episcopi, & ita eo tempore fuisse ministros ex commissione, quod attinet ad ordinem subdiaconatus, quam sententiam trididerunt nonnulli ex antiquis Theologis, & nunc etiam alij recentiores, quos refert Vasques tom. 3, disput. 243. cap. 4.

Vasq. 3.
Ex dictis tamen quæstio hæc facilimè solui potest, si dixeris illos Chor-episcopos, qui Episcopalem consecrationem acceperant potuisse ordinem subdiaconatus conferre, imò & omnes alias ordines poterant, si Episcopus id permitteret, & de his solum loquitur d. canon. 10. Concilij Antiocheni, ita enim incipit, *Chor-episcopi, qui manus impositionem ab Episcopis acceperunt, & velut Episcopi sunt ordinati, &c.* Potest etiam intelligi

A prædictum Concilium procedere ex commissione Papæ, iuxta terminos text. in cap. *Peruenit*. 95. dist. & ea, quæ infrà dicemus de præsbyteris.

Ad aliud verò ex d. cap. *Quanuis*, responderi potest, quod quāuis prohibitio text. solùm agat de Diaconis, nomine tamen Diaconorum, etiam includitur subdiaconus, quia aliquando apud veteres vtrumque nomen promiscuum est. Addendum est ctiā, quod dum text. in d. cap. *Quanuis*, in fin. Chor-episcopis interdicit ne formatas literas, seu epistolas alicui mittere possint, videtur etiam obstat d. Concilio Antiocheno canon. quo cōceditur, vt Chor-episcopus formatas epistolas concedere possit, vt ex eo tenet, & refert Henrīq. d. cap. 23. §. 2. *Henrīq.*

iuncta litera. I.
C Neque in hoc aliquo modo videatur admitenda distinctio Gratiani in d. cap. *Ecclesijs*, versiculo inter Episcopos, dum distinguit inter literas dimissorias, per quas quis eximitur à potestate sui Episcopi, & alteri subiicitur, & commendatitias, per quas Peregrinus commendatur, & testimoniū habet, vt extra diœcesim suam possit sacramenta administrare, de quibus habetur cap. *Extraneo* cum alijs dist. 71. indistinctè enim iura in

C. *Extr.*
D hac materia loquentia afferunt, vt *neo.* d. 71. clericus peregrinus sine literis commendatitias proprij Episcopi non admittatur ad sacramenta administranda. d. cap. *Extraneo* cum duobus sequentib. eadem dist. 71. cap. *Non oportet*, de consecrat. dist. 5. Trid. sess. 23. cap. 16. versiculo *Nullus præterea*: atque ita non videntur sufficere literæ Chor-episcopi. Præterea commendatitiae ferè semper erant formatæ, vt colligi-

C. *Perue-*
nit. 95. d.

C. *Quāuis*

Cor
tioe
5.
Gratian.

C. *No no-*
portet, de
consecr. d.

5.
Trid.

Disputatio 7. De Chorepiscopis

221

colligitur ex suprà citatis iuribus, & tradidit Gratianus dist. 74. quas tamen formatas idem Gratianus negat Chorepiscopum concedere posse.

6. Dicendum tamen est in hoc dubio Chorepiscopos ordinarios, quales scilicet erant præsbyteri illi, qui in pagis loco Episcorum erant nō posse literas dimissorias, aut commendatitias dare generales, seu formatas, iuxta d. cap. *Quannis*, & suprà adducta; Concilium verò Antiochenum in dicto canon. 8. dum eis hoc concedit, loquitur, & procedit in Chorepiscopis extraordinarijs, qui scilicet erant Episcopi, ut patet ex verbis illius in prima editione, ibi, *Præsbyteri, qui sunt in agris* (id est Chor-

Conc. An.
tiochen.

A episcopi) canonicas Epistolas dare non possunt, & ibi, *Chorepiscopi autem qui sunt irreprehensibiles dare possunt pacificas, id est generales Epistolas*. Et in secunda editione, ibi, *Vicarijs autem Episcopis, qui à Græcis Chorepiscopi vocantur formatas facere liceat*, refertur primo tomo Conciliorum, pagina 322.

Cæterū quia Chorepiscopi cæperunt aburi potestate ordinis, & iurisdictionis, illorum nomen, & usus interiit, sublatusquè fuit à Damaso

B Papa post Epistol. 4. in cap. *Chorepiscopi*. 68. dist. notant Bellarminus, Hé-
riquez, Petrus Gregor. & Vasquez

Damasus
Papa.
Bellarm.
Henriq.
Per.Greg.
Vasq.

citatis locis. Et hæc satis de hac disputatione.

FINIS PRIMÆ PARTIS.



Z 4 SECVN-

SECUNDA PARS RELECTIONIS

De Ecclesiastica Hierarchia.

GIMVS in prima parte nostræ relectionis de illis gradibus, seu Ecclesiasticis ministerijs, quæ in nostra Hierarchia ratione tantum iurisdictionis, dignitatis, seu officij in ordine superiori prelatorum distinguuntur. Sequitur modò disputandum de illis, quæ in eadē Hierarchia ordine, & consecratione inter se differunt, proprièque à Doctoribus vocantur ordines Ecclesiastici. Ut videamus quomodò nostri sacri principatus dignitates, munia, & officia summa consensione, & ordine inter se cohæreant, & administrentur.

DISPUTATIO VIII.

De Presbyteris.

TN hac disput. opere prætiū erit explicare munia, & officia Presbyterorum, ut singulis membris expensis facilè appareat, quam aptæ, quam perfectæ partes sint, è quibus noster sacer principatus confurgit. Hi autem (ut suprà in initio huius relectionis

A diximus) priorem locum post Episcopos obinent, ratione consecrationis, ut statim videbimus.

§. I.

De nominis significatione, & institutione Presbyterorum.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus dicitur, quia Matthias sorte electus est. Et annexuntur huius nominis variae definitiones.
- 2 Presbyter Grace, Latine senior interpretatur. Et hoc nomen varijs personis accommodatur.
- 3 Ordo sacerdotalis fuit institutus à Christo Domino, & designatus in 72. discipulis.

B 4 Christus Dominus in Cœna, his verbis. Hoc facite in meam commemorationem, instituisse discipulos sacerdotes, probabilior opinio est.

5 In locis discipulorum successisse Presbyteros tanquam Apostolorum Coadjutores probatur, & argumenta soluntur.

Vnde verò attinet ad huius nominis significationem, & ethymologiam, sciendum est primò, quod clericus, & clericus ideo dicitur,

Isidor. dicitur, quia Matthias forte electus est, qui primus per Apostolos legitur ordinatus, *Clyros* enim Græcè, Latinè *sors*, vel hæreditas dicitur: vnde dicti sunt clerici, quod de sorte Domini sunt, vel quia Domini partem habet: vt inquit *Isidor.* lib. 7. cap. de clericis, & habetur in nostro cap. *Cleros.* 21.

Co. Cleros dist. cap. *Cum secundum* de præbend. *21. dist.* *C. Cum se* pars fortita, vel contingens alicui: *vnde*, & hæreditas sic appellatur. *Clyros* apud Demosthenem Oratore

Pers., & hoc nomen clericorum significat collegium eorum, qui ministerio sacrorum operam dant, vt & in lege veterivna pars tribuum Israel, quæ Deo dedicabatur, dicebatur *Leui*, cui

Num. 18. Deus pars, & hæreditas. *Numer. 18.*

Deut. 18. Deuter. 18. Vnde clericus dicitur, qui ex clero est, d. nostro cap. *Cleros*, & docet Tertullian. lib. de Monogamia, & diuino cultui consecratus, procurandæ religionis, & rerum sacrarum, Deo iubete, prouidentiam,

ac sollicitudinem suscepit, vt inquit Hieronym. in epistol. ad Nepot. nam ideo vocatur clerici, vel quia de sorte Domini sunt, vel quia ipse Dominus, sors, id est pars clericorum est, hæreditas vero dicitur sors, quod sepe inter plures sorte diuidatur, ita *Psalm. 77.* & quia heredes nascuntur,

vt plurimum, non fiunt, idque sine meritis præcedentibus, sed beneficio legis, vel testatoris; nemo enim gratiam inuocat, nisi preuentus à gratia, nemo diligit Deum, nisi prius à Deo dilectus, & quia quod nobis sors est, Deo prouidentia, & prædestinatio est, ideo clerici dicuntur de sorte Domini, quia eius prouidentia, & gratia excitati hanc vitam eligere dovent,

A vt innuit Apostolus ad Colosenses, *D. Paul.* dignos non fecit in partem sortis sanctorum, Ad Ephes. 1. in quo nos sorte vocatis sumus, & in hoc sensu clerici dicuntur omnes, quia laicis ordine sunt distincti, vt patet ex *Conc. 1. Nicæno* canon. 1. cum duobus sequentibus. *Conc. Ni-*
c. can.

2.

B Præsbyter Græcè, Latinè senior interpretatur, non modo pro ætate, vel decrepita senectute, sed propter honorem, & dignitatem, quam acceperunt præsbyteri nominantur, ideo autem præsbyteri sacerdotes vocantur, quia sacra dant, & in sortem Dei sunt vocati ad seruitutē, & obsequiū illius; ex qua ratione sciendum est hoc nomen sacerdos, seu præsbyter variè accipi, nam etiam appellantur sacerdotes professores iurium, seu iuris periti, l. 1. in princ. ff. de iust. & iur. vbi Glossa eam aſsignat rationē, vt sicut sacerdotes dicuntur, quia sacrabunt, ita etiam professores iuriū sacerdotes dicantur, quia circa leges versantur, & leges ministrant, quæ sacratissimæ appellantur: deinde potest etiam appellari sacerdos, quicunque se consecrat, & sacrificat Deo; vnde expositores in cap. 1. Leuitici explicantes illa verba, *Homo, qui obtulerit hostiā Domino, &c.* sic aiunt, quisquis ergo templum Dei, & excelsum virtutibus se ædificauerit sacerdos debet dici: sacerdos enim unctione efficitur, & omnes sacerdotes sumus, qui mysticæ unctionis dignitatē seruamus, dicente Ioanne, *Vos unctionem habetis à sancto*, ita August. in *Psal. 44.* *D. Aug.*

D. Chrysolog. sermon. 1080. *D. Chrysolog.* 3.
Pressius tamen, & magis propriè loquedo nomen sacerdotis, seu præsbyteri viris illis solùm conuenit, qui sorte, & ordinatione, cultui omnium maximo

L. 1. ff. de
iust. & iur.
re.

Bellar.
Saragoz.

maximo auctoritate diuina illis certis, & determinatis personis concessa, excellenter sunt deputati. Pro cuius descriptionis expositione, multa, & eleganter congerit Bellarmin. in suo lib. de Clericis, & nouiter D. Michael Saragoza Episcopus Theanensis de Sacerdot. dignit. excellentia, cap. 2. per totum.

Deueniendo igitur ad institutionē præsbyterorum, obseruandum est primò, quod ordo, seu gradus sacerdotum fuit institutus à Christo Domino, & designatus in septuaginta duobus discipulis: nam postquā Christus consecravit, & corpus suum discipulis tradidit, dixit, *Hoc facite in meā commemorationem*, quo loco Christū discipulos sacerdotes consecrassē, & ijsdem, eorumque in sacerdotio successoribus, qui sunt hodiè præsbyteri, vt offerrent præcepisse, Conciliū Trident. sess. 22. cap. 1. post medium definit.

4.

Marc. 6.

Armen.

Luc. 10.

& 12.

Neque obstat, quod aliqui Catholici, & docti viri, vt defendérēt Marc. 6. cum dicitur, & ungebant oleo multos egros Apostolos ministrasse sacramētum vocationis, cum Armacano libr. 11. de quæstionib. Armenior. cap. 15. ante medium, dixerunt, iam anteā fuisse à Deo sacerdotes ordinatos; nulla ratione verum est, neque cum definitione Concilij Trident. constare potest. Vrget tandem Luc. 10. & 22. & quanuis non explicet Concilium iterū illis verbis, *Hoc facite, &c.* an aliquando prius Christus Apostolos sacerdotes instituerit, certum tamen, & definitum est, eos in cœna ultima instituisse: nam postquam dixit Christus in ea cœna corpus, & sanguinem suum sub speciebus Apostolis obtu-

lissee subiungit. Ac sub earundem rerum symbolis Apostolis, quos tunc noui Testamenti sacerdotes constituebat, vt sumerent, tradidit, & ijsdē, eorumque in sacerdotio successoribus, vt offerrent, præcepit, per hæc verba, *Hoc facite in meā commemorationem*, vti semper Catholica Ecclesia intellexit. Dubitant tamē Doctores, vtrūm his verbis, an alijs antea Christus Apostolos sacerdotes intituerit, verisimile tamen est prædictis verbis eos ordinasse, simulque, vt offerrent ipsis præcipisse. Dixit autem Cōcilium Christum Apostolis, quos tunc sacerdotes constituebat, tradidisse corpus suum, vt sumerent, quia, vel ipsa traditione corporis sui, vel illis verbis, quæ proximè dixit eos ordinauit.

Præhabito iam, quod ordo, seu gradus sacerdotalis fuit institutus à Christo Domino, & designatus in septuaginta discipulis, de quibus Luc. 10. qui fuerunt assumpti, tanquā Apostolorum coadiutores, sciendum est in eorum locum successisse præbyteros, ita definitum est ab Ecclesia, & habetur in cap. In novo. 21. dist. cap. Quorum vices. 68. dist. Neque obstat d. cap. In novo, in principio ibi, à Petro sacerdotalis capis ordo, & c. intelligitur enim de ordine episcopali, quia cum Petrus primus fuerit Episcopus consecratus à Domino, ab ipso dicitur cæpisse, ita Bellarmin. tom. 1. de Bellarm. Rom. Pontif. cap. 23. Henr. lib. 10. Henr. cap. 3. §. 4. Vasquez de Ordine disp. Vasq. 236. c. 10. & disput. 239. cap. 1. Aegid. Aegid. Coninc. disp. 20. de sacram. ordinis, dubio 4. n. 25. Lorin. in Acta Apostolorum c. 4. vers. 5. §. Ex eadem, Iustinian. 10. 1. in Paulū disp. 1. c. 7. à n. 4.

C. In novo
21. dist.
C. Quoru
vices.

Lorin.
Iustinian.

§. 2.

S. II.

De potestate Præsbyterorum circa
sacramentum Eucharistie.

SUMMARIUM.

- 1 Ministeria ordinis, exceptis his, quæ Episcopis reseruantur simplicibus sacerdotibus de iure diuino competunt.
- 2 Supposito quod sacerdotes in locum 72. discipolorum successerunt, opponitur non habere hanc potestatem de iure diuino, quia solis Apostolis à Christo Domino data fuit.
- 3 Prima solutio huins difficultatis.
- 4 Exponitur modus quo Christus Dominus potestatem commisit Apostolis, & discipulis.
- 5 Quæ distinctione fuit inter Apostolos.
- 6 Sacerdotes etiam præcisi ab Ecclesia, aut excommunicati valide conficiunt sacramentum Eucharistie.
- 7 Ratio ob quam sacerdos præcisus ab Ecclesia valide conficiat sacramentum Eucharistie, & tamen sacramentum pœnitentiae ab eo collatum nullius sit momenti assignatur.
- 8 An ex Summi Pontificis delegatione aut privilegio sacerdotes exequi possint ea, quæ sunt ordinis ministeria Episcopis tantum reseruata.
- 9 Impiissimum dogma Lutheri, & sequacium afferentium omnes Christianos, omnia sacra ministeria posse exercere refutatur.
- 10 Ad solos sacerdotes spectat confidere sacramentum Eucharistie.
- 11 Quare baptismi sacramentum à laicis præstitum validum sit, non verò reliqua sacramenta ostenditur.
- 12 Caluini insaniam afferens in necessitatis articulo, à laicis ministrari non posse sacramentum baptismi conuinicitur.

A

B

C

D

- 13 Potestas ordinis nec per Pontificem alijs, qui non sint sacerdotes committi potest.
- 14 Potestas ordinis Principibus secularibus minimè competit.
- 15 Hæc veritas etiam legis veteris testimonijs fulcitur.
- 16 Cur duces, aut reges legis veteris se immiscebant negotijs religionis.
- 17 Authoritas Pauli ad Romanos. 13. explicatur.
- 18 Imperator Romanus non est in sacris constitutus, ut multifalso deducunt ex cap. Valentianus.
- 19 Princeps secularis quicunque sit non habet potestatem disponendi de decimis.
- 20 Limitatur hæc assertio in professis ex militaribus ordinibus.
- 21 Fæminæ sunt incapaces clauium potestatis.
- 22 Irregularitas in fæminis unde præueniat.
- 23 Auctoritates quibus probatur fæminas esse incapaces clauium potestatis expenduntur.
- 24 Loca quibus ostenditur mulieres profetasse explicantur.
- 25 Virum ex speciali commissione possint habere Abbatissæ spiritualem iurisdictionem.
- 26 An præceptum Abbatissæ obliget ad mortale.
- 27 Abbatissis numquam permisum fuit censuras ecclesiasticas ferre.



Abemus iam in §. præcedenti præsbyteros successores esse septuaginta duobus discipulis, nunc verò in præsentì disputabimus, quo pacto potestatem habeant consecrandi, & faciendi similia eis competentia; & imprimis

imprimis sciendum est, exceptis ijs, quæ Episcopis diximus reseruari in A disputatione. 6. reliqua omnia ordinis ministeria simplicibus sacerdotibus competere, ex Christi Domini institutione;

C. I. de su. ne probat text. in cap. I. §. vna, vers. & hoc de sum. Trinit. & fid. Cathol. Trident.

C. Quia. quorundam Extrauag. quia quorundam, versic. item quia claves de verb. sign. Ioann. 22. & comprobant D. Thomas in ad-

S. Thom. ditione ad 3. p. q. 19. art. 3. Turrecr.

Turrecr. in summa de potestate Ecclesiæ libr.

Pet. Soto. I. c. 93. n. 4. & 13. Petrus Sot. de insti-

Triump. tutione sacerdot. de Sacrament. Eu-

Victor. charist. lect. 13. Triump. q. 4. art. 1. ad

Sotus. primum, & art. 6. in corpore, Vict. de

clauibus n. 18. latè Sotus in 4. dist. 20.

q. 1. art. 3. & conclus. 4. Et deinde confirmatur ex eo, quia axioma est Theologicum potestatē ordinis essentia- liter, non distingui à charactere sa- cerdotali, nisi secundum diuersos ac- tūs, consecrationem scilicet, aut re-

D. Thom. remissionem peccatorum, vt docet D. C Thomas in 4. dist. 18. & colliges ex

Nauar. his, quæ Nauar. in Man. cap. 22. n. 17.

Sed characterem sacerdotalem in or-

dinatione recipiunt sacerdotes, Tri-

ident. sess. 23. c. 4. & can. 5. latè ab Hē-

riq. relato. 2. p. lib. 10. cap. 14. §. 2. Vi-

uald. de sacrament. ordinis n. 18. igitur

necessariò fateri oportet sacer- dotes in suo ordine potestatem acci-

pere; quod circa potestatem confe-

randi probat text. in d. cap. I. §. vna,

Pet. Soto. Trid. d. cap. I. Petr. Sot. & relati ab

Henriq. 2. p. lib. 8. cap. 54. §. 1. liter. E.

Viuald. de Eucharistia, nu. 55. & pas-

sim alibi, etiam accipiunt potestatem

remittendi peccata. cap. Verbum de

pænitentia, dist. I. Trid. d. cap. I. com-

probat Soto d. dist. 18. q. 4. art. 1. pro- sequitur Grafr. in aureis decisionib. lib. I. cap. 18. à principio, & omnes in Graff. materia de pænitentia.

Obstat tamen, quod sacerdotes in locum 72. discipulorum successerūt. vt suprà probauimus, Episcopi verò loco Apostolorum; sed constat solis Apostolis, nullibi 72. discipulis pote- statem consecrandi, vel remittendi peccata à Christo Domino concessā esse. Luc. 22. Ioan. 20. Matt. 18. Marc. 10. Igitur videbatur dicendum solis Episcopis, non simplicibus sacerdo- tibus potestatem consecrandi datam fuisse, & ad hoc reducuntur omnia fe- rē argumenta, quæ ex dicendis appa- rebit, nullius esse momenti, & ideo opus non fuit hīc illa afferri.

In hac difficultate, vel possumus respōdere nō solū Apostolis, sed etiā prædictis discipulis Christum Domi- num potestatem sacramentalem cō- municasse, vt aliqui comprobant ex auctoritate Act. c. 1. vnde audent dicere contrarium esse hæreticum, & cōtra sacram scripturam, vt refert Turrecr. lib. 2. cap. 19. arg. 2. cum se- quentibus; quæ resolutio planè diffi- cultatem dirimebat, si suppositum in eadem esset verum, scilicet Aposto- lis, & discipulis pariter clavium pote- statem esse datā; sed falsum esse mul- tis ostendere intendit idem Turrecr. lib. 2. cap. 63. cum sequentibus, notat Bellarmin. tom. I. controvers. I. lib. 5. Bellarm. cap. 14. vers. Porrò; & probat tum ex alijs, tum ex præcipuo fundamento, quia certum est, vt in ultima cœna Christum Dominum constituisse A- postolos sacerdotes; deinde constat 72. discipulos post resurrectionē sa- cerdotes fuisse ab Apostolis ordina- tos,

tos; vnde fateri oportet capaces non fuisse ante resurrectionem eorum, quæ ad sacerdotium spectare noscuntur, ut est consecrare, peccata remittere, & similia, de quibus nostra veritatis disputatio, sentiens igitur difficultates Sotus d. art. 3. concl. 4. vers.
Dubitatio autem, inquit Christum D. præter Apostolos, elegisse 72. discipulos, velut coadiutores, indeque designasse discipulos quoque, quos Apostolis coadiutores dedit sacerdotes esse ordinandos; sed non plenè satisfacit.

4. Vel melius possumus asserere Christum Dominum aliqua dixisse Apostolis in singularibus personis, aliqua ut sacerdotibus, aliqua ut Episcopis, seu prælatis, aliqua tandem, quatenus singularibus priuilegijs eosdem prosequi volebat, alloquitur eos, ut sim-

Matt. 5. plices Christianos Matth. 5. *Ne irascantur hoc facite, &c.* vt sacerdotes alloquitur Luc. 22. in coena, *Hoc facite, &c.* vt prælatos Matth. 18. *Quodcumq; ligaueritis, &c.* speciale verò priuile-

Ioan. 20. *Sicut me misit Pater meus*, quatenus utiliter in vniuersum orbem potestas illis data est, Ioan. 14.

Orabo ad Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ex qua Apostolis data sūt, vt singularibus ad omnes Christianos referuntur, ad sacerdotes, quæ ut sacerdotibus dicta sūt, ad Episcopos, quæ ut prælatis, priuilegia verò ad neminem transire potuerunt, quia iisdem tantum personaliter cōcessa fuerunt, cap. *Aqua*, de consecratione, c.

C. Aqua. *Mandata*, de præsumpt. l. *Forma*, §. *de cōsecr.* *Quanquam*, ff. de censibus: singulas autē classes facile distinguemus ex singulorum muncrum finibus.

5. Vnde aduertendum est ex sacris

A locis cōstare duos gradus Apostolorum, scilicet Matth. 10. Marc. 3. Luc. Matt. 10. 6. & discipulorū Luc. 20. à Christo D. Marc. 3. distinctos fuisse. Planè institutionem Luc. 6. hanc non tantū ad illud temporis, sed ad perpetuā Ecclesiæ conseruationē factam esse satis ostendit perpetuitas ipsius Ecclesiæ, & sacrificium, quæ Christus promisit Matt. vlt. *Vobiscum ego sum usque ad consummationem saeculi*, iuncto Marci c. 13. *Quod autem vobiscum dico, omnibus dico*, quāvis autē Christus Dominus ipse Apostolorū,

B & Discipulorum officia sigillatim nō distinxerit, eorum tamen institutione eandem distinctionē futuram in Ecclesia satis indicauit, & ita Apostoli docti magisterio Christi, & deinde Ecclesia magisterio Apostolorū, semper retinuit hos duos gradus distinctos, vt suprà disp̄t. 6. comprobauimus, ita vt Episcopi Apostolis succedant in plenitudine potestatis ordinariæ, præsbyteri autem, qui à Christo in discipulis figurati sunt successerunt in sacerdotio Apostolis, vt expressè Trid. sess. 23. c. 1. quod sanè licet Christus expressè non docuerit,

C eius tamen fuisse institutionem, & Apostoli, & Ecclesia Spiritu Sancto illustrata patefecerūt, & antiquissimis Patribus ab ipsius nascētis Ecclesiæ primordijs factū cōprobat Bellarm.

1. tom. controuer. 5. lib. 1. c. 14. vers. 4. *Bellar.* & sequentib. itavt hoc vñ sit ex illis, de quibus dixit, *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cū venerit autē spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*; quos discursus colliges 1. ex Cano dictis locis Theolog. li. 6. c. 8. vers. 10. Banh. c. 22. q. 1. ar. 10. *Can.* dub. 4. vers. *Hac autē pag. 212. posteriori verò ex Petro Soto de institut.* *Sot.*

Aa facer-

sacerdotum de sacram. ordinis lect. 1.
vers. *Ex ipsa scriptura*. Hoc supposito
facile tolletur argumentum, fatemur
enim Christum Dominū 72. discipu-
los sacerdotes constituisse apertè nō
constare, neque expresse aliquo loco
potestatē ordinis eis cōtulisse, sed ta-
men Ecclesiā diuino Spiritu illustratā
ex institutione, & distinctione gra-
duū, quos Christus distinxit optimè
collegisse oportere, Episcopos Apo-
stolis in plenitudine ordinariæ po-
testatis, præsbyteros verò eisdem in
sacerdotio succedere.

6. Quibus sic constitutis fit consequēs
potestatem consecrandi, & cōficien-
di sacramentum Eucharistiæ adeò ad
sacerdotes spectare, vt ritè ordinati,
etia præcisi ab Ecclesia hæretici, aut
excōmunicati validè confiant, dixi-
mus enim potestatem consecrādi, ita
ad sacerdotes pertinere, vt potestas
ipsa à charactere essentialiter non di-
stinguatur, sed character ipse indele-
bilis est inhærés animę, ita vt per nul-
lā omnino potestatem ab ea valeat se
parari, *Glossa verbo iniuria*, in c. 2. de

D. Thom. *Apostatis.* *D. Tho.* 3. p. q. 63. art. 5. *Soto*
Sot. in 4. dist. 1. q. 4. §. 2. *Viuald.* de sacra-
mentis in genere n. 10. & de sacram.
ordinis n. 18. comprobant *Trid.* sess. 7.
can. 9. & sess. 24. can. 4. fit ergo mani-
festissimū, quod si potestas consecrā-
di à charactere essentialiter non di-
stinguitur, & character ipse ab anima
nullo modo valet separari, ita & po-
testas cōficiandi per Ecclesiam im-
pediri nequit, atque ita hæreticū va-
lidè confidere hoc sacramentum pro-
bat *Glossa* in cap. 2. de clericō excō-
munic. cuius sententiā in *Glossa* vlt.
Glossa in fine, in c. 2. de pœnitent. & remiss.
lib. 6. comprobant verissimam esse ex

D. Thom. *Cou.* *Viuald.* *Cened.* atq;
A alijs relatis suprà §. 2. n. 3. in fine, qui-
bus adde latissimè relatos ab Hériq.
2. p. lib. 8. c. 54. lit. C. *Bellar.* tom. 3.
lib. 4. de Excharist. c. 16. *Vasq.* tom. 3.
in 3. p. disp. 218. à n. 6. disp. 219. n. 20. *Bellar.*
Aegidius de sacram. q. 82. art. 1. dub.
vnic. *Soar.* de sacram. disp. 61. sect. 3. *Egid.*
Fagund. in 3. precept. Ecclesiæ lib. 3.
c. 1. n. 1. *Soar.*
Fagundus

7.

Ex prædictis tamen consequitur
non esse admodū facile differētię ra-
tionem demonstrare; quare sacerdos

B præcisus ab Ecclesia, validè sacramē-
tum Eucharistię cōficiat, iuxta modò
dicta, & tamen sacramentū pœnitenti-
tiæ ab eo collatū nullius sit momenti,
vt est receptissima traditio, quam ar-
gum. text. in cap. *Ad probandum*, de re
iudicata cōprobat *Nau.* in *Man.* c. 9.
à n. 8. *Henriq.* 2. p. lib. 13. cap. 10. §. 2. *Nauar.*
Viuald. 1. p. tit. de absolutione n. 79. & *Henriq.*
2. p. tit. de excōmun. à n. 29. Difficul- *Viuald.*
tas in cōmuni est; diximus characte-
rem sacerdotalē ab ipsa potestate nō
distingui, nisi quatenus ad diuersos

*C. ad pro-
bandū de
re iudica.*

*C. O
de pe
Sot.
Nauar.
Viuald.
Soar.*

C actus refertur, consecrare scilicet, vel
peccata remittere; igitur quemadmo-
dùm potestas consecrādi Eucharistiā
est omnino inseparabilis, indēq; præ-
cisi ab Ecclesia eam retinent potesta-
tem, quod etiā in potestate remitten-
di peccata dicendum videbatur; diffi-
cultatem sentit *Soto* in 4. dist. 4. q. 4. *Soto.*
art. 2. versic. *Hoc supposito*, notatque ex

D. Thom.

D. Thom. inter hæc duo sacramenta
illam esse differentiam, quoad propo-
situm: nam in sacramento Euchari-
stiæ, alijsque similibus non requiritur
actus aliquis exterior suscipiens, sed
tantū, vt suscipiat materiam exterius
appositā; at verò in sacramēto pœnitē-
tiæ actus ipsius penitētis exigūtur, &
necessa-

Faga

*C. S. 2
dam.*

necessarij sunt, tanquam materia ipsius sacramenti, cū igitur sacerdotes materialm illā, & subiectionem personarū nō accipiant, recte dicimus potestatē postea ab Ecclesia accipere, dum subditi eis tradūtur, iuxta ea, quā suprā disp. I. n. 13. diximus, & infrā latius explicabimus, & per cōsequens, quē admodū Ecclesiē eis potestatē tribuit, ita etiā eandē potest impedire; vnde etiā ratio cōstat, quare sacramentum Ordinis, aliaque sacramenta, ab Episcopo non suo illicite, validē tamen conferantur, cap. *Quod translationem, de tempor. ordin.* & tamen sacramentum pœnitentiæ præstitū à sacerdote nō proprio nullius momēti est, iuxta tex. cū ibi notatis in c. *Omnis, de pænit.*

C. Omnis,
de pænit.

Sot.
Nauar.
Viuald.
Soar.

Fagundes. 8.

Habemus iā præsbyteros obtainere plenā potestatē circa sacramentū Eucharistiæ, nūc verò resoluamus illam quæst. an scilicet ordinādi, confirmādi, aliaq; ordinis ministeria, quibus Episcopos præsbyteris diximus esse superiores saltē ex Sūmi Pōtificis delegatione, aut priuilegio ex equi possint nō Episcopi, & ex dictis pars negatiua tenēda videbatur; diximus enim ex ipsa Christi institutione distinctos præsbyteros ab Episcopis, atq; ita ex eadē aliquos esse actus, qui ad solos Episcopos petineāt; cōstat etiā ea, quæ à lege diu ina, vel à Christo reseruata sūt certo ordine minimè pos-

C. Sunt qui se alijs cōmitti etiā à Rom. Pontifice dam. 25. ex vulgari regul. tex. in c. Sunt quidā. 25

q. 1. facit text. in c. *Quāto de consuet.* A dū negat cōsuetudinē id posse efficer, iuncta vulgari regula, quod à pari procedūt priuilegiū, & cōsuetudo. l. 3. §. *ductus aquae, ff. de aqua quotid. & aestiu.* c. *Super quibusdā, §. Præterea, de verb. sign.* quibus fundamentis hanc partem negatiuā tuentur Durand. in 4. dist. 7. q. 4. Adrianus de Confirm. art. 3. Castro aduersus hæreses, verbo *Confirmatio, atq; alij, quos referūt statim citādi adducētes tandem text. in c. Aqua, de consecr. Eccles.* Verum contrariā sententiā probat expresse tex. in c. *Peruenit. 95. dist. vbi Gregor. I. cōredit, vt vbi absunt Episcopi præsby-*

teri cōfirment, cuius text. argumento C. *Perue-* in sacramēto cōfirmationis, eā cōclu-*nit. 95. d.* sionem, quod scil. ex delegatione, seu priuilegio Pōtificis præsbyteri illud possint cōficere, sequūtur Doctores cōmuniter D. Th. ad 3. p. q. 72. art. 11. ad 1. vbi Caict. art. 3. Cou. I. resolut. c. 10. à n. 7. Naur. in Man. c. 22. n. 8. cō munis Theologorū, atq; nostrorum, ut cōprobat Viuald. in Cādelabro de cōfirmat. n. 26. & priuilegio nouiorū Pontificū patribus Societatis IESV, atq; ordinis Minorū apūl Indos cōmorātibus cōcessū, post Felin. & alios Felin. refert Henriq. 2. p. lib. 9. c. 27. §. 6. ad Henriq. fin. iunctalit. H. & quāvis circa sacros ordines maior sit controvērsia, ne- gantq; D. Thom. & ferē omnes; pars D. Thom. tamen affirmatiua magis placet, vt docet Glossa in d. cap. *Peruenit*, quam solemnam dicit Nauar. conf. 13. n. 1. Nauar. de priuileg. & ita de facto seruari, & vidisse Bullas quibus suprā hoc com- mitebat, quibusdā Abbatibus Cister- cienfibus, refert Victoria in sūma de Victor. sacramēt. n. 235. d. dist. 7. art. 11. atque plures alij, quos refert Hériq. lib. 10.

A. 2 c. 23.

Viald.

c.23. §.1. & sequentib. Viald. de sacram. ordinis n.17. ad finem, & facit A authoritas Trid. sess.7. de Confirm. can.3. vbi inquit ordinarium illius sacramenti ministrum esse Episcopum, atque ita significat non esse inconueniens, quod non Episcopi extraordinarij, seu delegati fiant ministri sacramenti confirmationis, ut benè expedit Nauar. d.n.8. Bellarm. tom.1. controv. 3. lib.4. c.11. ad fin. versic. 21. Viald. & Henr. proximè citatis locis, Neque obstant contrariæ sententiaæ fundamenta, quāuis illam fortissimā dicat Couas d.loco n.13. ad fin. vt difficillimū existimet dissolui posse; facilem tamen habet solutionem: nam 1. resolutur, si suprà dicta diligēter expendamus; fatemur enim præsbyteros, & Episcopos ex diuina institutione diuersos gradus constituere; verū certa illa ministeria, quibus Episcopi præstant præsbyteris, non ita expressiùs Christi Domini constat institutione, sed potiùs ex Ecclesiæ determinatione, vt suprà in 6. disp. prænotauimus, vbi etiā plures tenet characterem sacerdotalē eundē esse, atque Episcopalem, in eoq; solum differre, quod sacerdotalis restrictus, episcopalis extēsus est, nihil ergo mirū videri debet. Si ex delegatione Sūmi Pōtificis character sacerdotalis, qui restrictus est, possit extendi ad illa ministeria, quæ solis Episcopis reseruantur.

C. Quanto
Ca. Super
quibusdā. d.c. Quāto, & regulā, d.c. Super quibusdam, respondet eleganter Couas d.c. 10. nu. 14. & confirmatur ex relatib.

Gabr. Gabriele lib. cōmun. tit. de præscriptionib. conclus. 1. à n. 16. dissimiles esse terminos priuilegij, & consuetudinis, in proposito, de quo agimus: nam

priuilegium Romani Pontificis efficax est, & potens ad tollendam inhabilitatem, quę in simplicibus sacerdotibus reperitur, ad hęc gerenda ministeria, ex modo proposita consideratione, quod tamē efficere non potest consuetudo ad quam omnino non benè procedit argum. Ad vitium ex dicto cap. Aqna, respondeuit textū C. A qua illum agere de delegatione Episcoporum, seu aliorum prælatorum inferiorum, quos libentissimè fatemur huiusmodi ministeria committere nō posse; & patet ex litera ipsius text. in cuius materia vide multa, quæ Nauar. in Man. c.27. n.256. & latè relati à Cened. 2.p. collectaneo. 133. Cou. lib. 1. var. resol. c.10. Henr. lib. 10. c. 23. Aegid. tom.2. de sacram. disp. 20. dub. 9. Vasq. disput. 243. Fornarius de ordine, cap. 5.

Hic maximè aduertendū est, impiissimum esse dogma Lutheri, & sequaciū afferentiū omnes Christianos sacerdotes esse, & ideo omnia sacra ministeria posse exerceri, neq; clericorū, & aliorū admittendā esse differentiā; manifestè cōuincit: nam protestas sacramentalis, omnisq; alia sp ritualis tantū eis conuenit, quibus à Christo Domino data est, atq; ille cā cōcessit certo generi personarū, scilicet Apostolis, & suis successorib, id est Episcopis, & præsbyteris, iuxta suprà dicta: igitur impiū est hanc antiquissimo Ecclesiæ vsu receptissimā, & ab ipso Christo inductam negare differentiā, & constat ex Apostolorū, & Discipulorum distinctione à Christo facta iunctis ijs, quæ n.2. resolvimus; confirmatur præterea ex corporis humani similitudine, quemadmodum enim in corpore multa sunt membra,

Nauar.
Cened.
Cou.
Henr.
Aegid.
Vasq.
Fornar.

9.

membra, oculus, aures, & reliqua, ita
in Ecclesia plures esse ministros, plu-
raque distincta officia, ut docet Pau-
D. Paul.
Cap. Cum ex iuncto.
Ca. Sicut, de heret.
lus ad Corinth. 12. refertur in capite
Cum ex iuncto, vers. *Sicut*, & in cap.
Sicut, de hæreticis. Facit præterea
elegas auctoritas, de qua suprà Num.
16. vbi legitur terram deuorasse Na-
than, & Abyron contendentes suffice-
re populum sanctū esse, neque opus
esse sacerdotibus. Confirmat deniq;
Cap. Duo text. in cap. *Duo sunt*. 2. q. 1. & definit
sunt. 2. q. 1. Trident. sess. 7. cap. 10. & sess. 23. c. 4.
Tricent.
Pigb.
Sot.
Victor.
Henriq.
Bellar.
Scribon.
Filliuc.
Trident. & can. 7. multaq; doctè, & eleganter
in hoc argumento præstiterunt Pigh.
de Hierarchia lib. 2. cap. 3. Soto de fa-
crament. ord. lect. 3. Victor. relect. 2.
sect. 2. à principio, Soto in 4. dist. 10.
q. 1. art. 3. concl. 4. & dist. 15. q. 1. art. 1.
Henriq. 1. p. cap. 26. §. 3. & 2. p. lib. 10.
cap. 4. §. 2. litera. G. Bellarm. tom. 1.
controuers. 5. lib. 1. c. 1. & sequentib.
latissimè tom. 2. lib. 1. c. 21. Scribon.
in Theosim, seu de sacram. disput. 7.
de ordine, q. 2. Filliuc. Moral. quæst.
tract. 9. c. 1. q. 5. & alij suprà relati in
1. q. proœmiali, n. 34. Neque obstat
præcipuum fundamentum Lutheri,
& eius sectatorum ex auctoritate 1.
Petri cap. 2. & Apocalyps. cap. 2. dum
Christiani omnes sacerdotes appellantur, vt suprà expendimus in 3. arg.
1. quætionis; respondet enim eleganter
Pighius cap. 3. vers. *Sed duos*, illa
verba esse intelligenda de omnibus
Christianis collectiù sumptis; sed fa-
cilius dico Christianos sacerdotes di-
ci generali nomine, quod & se, & sua
Deo offerunt in sacrificio, seu spiri-
tuales hostias meritorum suorum, &
deducitur ex verbis ipsius Petri, ibi
spirituales hostias offerentes; non ta-
men inde negandum est **extremum**

visibile sacrificium, atque sacerdotiū;
A in quo omnes spirituali ratione con-
secati admissibile illud **extremum** fa-
cificum perficiendum constituūtur,
vt definit Trid. sess. 23. cap. 1. can. 1.
quomodo argumentum soluit Soto
vbi proximè, versic. *Respondetur*, latè
Bellarm. d. tom. 2. c. 15. ad primū; alia
hæreticorum friuola fundamenta in
nostra q. 1. de ordine Hierarchico in
genere cū Bellarm. & alijs diluimus.
Tādem consequitur confidere fa-
cramentum Eucharistie non ad quē-
libet laicum, sed ad solos sacerdotes
spectare, Tridēt. sess. 22. c. 1. & sess. 23.
c. 1. text. optimus in cap. 1. §. *Vna*, de C. 1. de su.
summa Trinit. & fid. Cathol. conse-
quitur etiam potestatem remittendi
peccata non laicis, sed tantū sacer-
dotibus competere, probat Trident.
sess. 14. de pœnit. can. 10. text. in cap.
Verbum, ibi, *solis sacerdotibus*, de pœni-
tentia dist. 1. Vnde iam meritò Leo
in ea Bulla celeberrima, qua errores
Lutheri damnauit, inter alios eum re-
censet, qui docebat vbi non est sacer-
*C*dos facere æquè totum posse quem-
libet Christianum etiamsi mulier, aut
puer esset; atque ita iam liquet veris-
simam esse sententiam laicum etiam
in mortis articulo, & deficiente sacer-
dote à peccatis sacramentaliter absolu-
tere non posse, docet Glossa verbo
præterquā in fine in cap. *Pastoralis*, c.
Præterea de officio ord. quam memo-
rabilem dicit, & comprobavit Nauar.
in c. 1. in princ. à n. 74. de pœnitentia,
dist. 6. & firma fide tenendū esse scri-
bunt Doctores in materia de pœni-
tentia. Neque obstat text. in d. cap. 1.
in princip. ibi, *Si deest sacerdos, confi-
teatur proximo*, &c. de pœnitent. dist.
6. respondetur, verba illa referenda

Trident.
Sotus.

Bellar.

10.

Trident.

C. Verbū,
de pœnit.
dist. 1.

Nauar.

esse ad potentiam quasi in eo casu, quo sacerdos de sit possit laico confiteri, propter aliquas utilitates, maiorem scilicet verecundiam, & ruborem, maioremque dolorem peccatorum ad contritionem perficiendam; non vero, quod possit laicus sacramentaliter absoluere. Neque etiam obstat tex.

*Ca. Sanctū
de consecr.
dist. 4.*

in cap. *Sanctum*, de consecrat. dist. 4. vbi Augustinus laudat factum naufragi, qui in eo periculo confessus est laico, quem recenter baptizauerat; responderetur enim factum laudari non eo quod laicus possit sacramentaliter absoluere, sed propter alios effectus proxime notatos. Ex quibus etiam difficilis est tex. in cap. 3. de furtis, dum admittit confessionem Diacono fieri posse, cui consentaneus est locus Cypriani epistol. 13. alias lib. 3. epistol. 17. vbi etiam Diacono committit, ut absentia presbyteri, reconciliat penitentem iam in animam agentem; sed responderetur textum illum procedere de eo, qui erat in penitentia solemni, cuius reconciliatio deficiente sacerdote ad Diaconum pertinebat, & colliges, atque explicabis ex ijs, quae Henr. d. §. 7. iuncta liter. I. Vel melius dicendum est sensum text. esse, si ostenderit signa contritionis, & penitentiae non esse illi denegandam communionem: numeratur autem specialiter sacerdos, & Diaconus, quia a sacerdote potest, & absoluiri, & communicari: Diaconus verò, quanvis non possit illum absoluere, potest tamen in illo articulo, & deficiente sacerdote Eucharistiae sacramentum ministrare illi, dummodo aliud se sufficienter dispositum ostendat, & hoc significatum est per illa verba, si Diacono confessus fuerit.

*C. 3. de fur
zis.*

Henr. d.

A Tandem non obstat, quia interdum minister, qui per se, & ordinariè non sufficit ad aliquod sacramentum ministrandum, potest sufficere ex dispensatione Pontificis, ut in sacramento Confirmationis constat: ergo licet sacerdos sit ordinarius minister huius sacramenti ex dispensatione, poterit sufficere Diaconus presertim cum hoc sacramentum sit maioris necessitatis; responderetur enim dari ratione differentiae, quia in sacramento penitentiae minister regulariter deesse non potest, neque potest accidere, ut communis bono Ecclesiae, vel aliquius provinciae eius expeditat talis dispensatio, quia sacerdotes in Ecclesia ordinariè inueniuntur, ita ut in particularibus casibus raro deficiat, & ideo non oportuit, ut in eo posset dispensatione vti. Confirmationis autem ordinarius minister est solus Episcopus, qui interdum deesse potest etiam in tota aliqua regione; ita, quia sacramentum confirmationis solum presbytero committi potest, qui iam habet potestatem in verum Christi corpus, & adhuc in controversia est, an in charactere differat ab Episcopo: at verò si ministerium huius sacramenti committendum fuisse alteri, quam sacerdoti, committeretur homini non habenti potestatem in verum Christi corpus. Quae quidem sunt congruentiae. Vera autem ratio est Christi institutio.

B D Facile tamen non est respondere rationi, quarè Baptismi sacramentum à laicis praestitum validū sit, non verò reliqua, ex resolutis modo, valere autem probat Pontifex in cap. *Ad limina. 30. q. 1.* & in cap. *Super quibus. 30. q. 7.* & in cap. *In necessitate, & in q. 7. cap.*

*Ca. Ad li-
mina. 30.
q. 1.
Cap. Super
quibus. 30.
cap.*

C. à quodā cap. à quodam de consecratione dista
de consecr. 4. cum multis alijs additis à Bellarm.
diss. 4. tom. 2. lib. 1. c. 7. Augustinus de Bap-
tismo q. 3. art. 1. conclusione. 3. & alij
citati à Viualdo de Baptism. num. 39.
& statim referendi. Respondent Do-
ctores communiter Baptismum esse
sacramentum maximæ necessitatis,
ideoquè conuenientissimum fuisse,
vt in materia communī à qua scilicet,
quæ vbique facile reperitur, & in sim-
plicissima actione, atque verbis insti-
tueretur, atque præterea, vt minister
communis esset, eiusque ministeriū
cuius de populo cōcederetur; ad si-
mile autem de sacramento pænitentiæ,
quod etiam necessitatis respondent,
non esse tantæ necessitatis, cū
constet per contritionē suppleri pos-
se defectum confessionis sacramen-
talib; at non ita in Baptismo saltem in
paruulis, iuxta illud Christi Domini,
Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. re-
fertur in cap. *Debitum*, de Baptismo.

C. *Debitum*
de Bapt. Verum contra hanc receptissimam
resolutionem replicatur concludere
solum posito articulo necessitatis, nō
vero eo cessante, cum tamen apud
omnes constet etiam extra necessita-
tem Baptismum à laico famina, vel
infideli collatum, validum esse, quan-
uis conferens mortalem culpam cō-
mittat, prout deducitur ex dicto cap.
à quodam; faciunt verba Augustini li-
br. 2. contra Parminian. cap. 19. dum,
inquit, *sed et si nulla necessitas usurpe-
tur, & à quoniam cuilibet detur, quod datū
fuerit, non potest dici non dattum, quan-
uis reduci possit illicite datum,* & probat
Trident. d. sess. 7. de Baptism. elegan-
ter Soar. tom. 2. disput. 23. sect. 1. Sed
respondeatur ex communi sensu, &
traditione Ecclesiæ semper intelle-

A Etum fuisse Christum Dominum ita
sacramentum Baptismi instituisse vt
valid è à quolibet semper prestaretur,
vt Apostolica facta declarant, Ana-
nias autem, qui laicus fuisse creditur
Saulum baptizauit, Actor. c. 9. & 10. *Acto. c. 9.*
Petrus iussit familiam Cornelij à fra-
tribus baptizari, qui secum venerat,
& adhuc puer multos baptizauit, vt
prosequitur Henriq. 2. p. lib. 2. c. 28. *Henriq.*
litera D. Soar. suprà citato loco com-
probans in hoc sacramento, id præ-
cæteris congruentissimū fuisse; quā-
uis enim pænitentiæ sacramentum
sit necessarium, non tamen ex eo tā-
ta requiritur necessitas, non solum
quoad salutem ultimam, sed quoad
effectus diuinæ gratiæ cū baptismus
sit ianua omnium sacramentorum.
cap. ult. de præsbytero non bapti-
zato; vnde etiam stante necessitate
non potest esse pænitentiæ minister
quilibet homo; sed solum sacerdos, vt
suprà ostendimus, neque etiam in
quauis necessitate, sed tantum in ex-
trema, & deinde, quia baptismus non
potest iterari, pænitentiæ verò sic.
Vnde in pænitentia nullum est peri-
culum si non valeat ex eo, quod non
erat tanta necessitas, quanta requiri-
tur, Baptismus verò non est iterabili-
lis, & ita oportebat, vt omnia certa
sint, quoad illum conficiendum, vt
dispositis statim valeat, siue subsit ne-
cessitas, siue non, quod latius expli-
cat Soar. d. sect. 1. *Ca. vlt. de
præsb. non
baptizat.*

D His expensis iam non possum non
mirari Caluini insaniam, qui cum do-
ceat omnes Christianos etiam laicos
pariter omnium sacramentorū idoneos
esse ministros, de Baptismo ta-
mē (de quo agemus) negat illum etiā
in necessitatis articulo ministrari pos-

Bellar. Soar.
Mat. vlt.
Nauar. Soto.
Bellarm. Soar.
Henriq.
13.

se, nisi ab illis, qui ministri sunt Ecclesie ad hoc instituti, contra quem late scripsit Bellarmin. d.c.7. & Soar. dicta sect. i. Neque obstat præcipuum Caluini fundamentum auctoritate Matthæi ultim. Euntes, &c. quo loco solos Apostolos videtur Christus huius sacramenti ministros instituisse. Nam primò respondet Bellarm. probabile esse non solum Apostolos, sed multo plures præsentes fuisse, quo tempore Christus ea verba pronunciauit. Sed melius respondet Apostolica facta declarasse mandatum illud, ut suprà ostendimus; manet igitur stante necessitate, laicum, vel etiam hæreticū, & foeminam, validè, & licitè baptizare; seruato tamen ordine, ita ut præsente clero, non laicus, præsenti fidelis non infidelis, neque præsenti viro foemina baptizet, si autem prætermisso eo ordine, vel extra necessitatem laicus, aut infidelis, aut foemina seruata Ecclesiæ forma baptizauerit, baptismus valet, illi tamen peccant mortaliter, sic ministrantes, ut resolut Nauar. Soto, Bellarm. Soar. Henriq. & alij citati suprà.

Glossa in c. Quāuis d. cōsuet. Abb. Triump. Soto.

Potestas ordinis adeò sacerdotibus competit, ut neque per Pontificem nulli laico committi possit, notat Glossa. i. in cap. Quāuis, de Conſuetud. quam magis communiter receptam testatur ibi Abb. nu. 8. comprobat late Tryumph. de potestate Ecclesiæ, q. 74. artic. 3. sensit Sot. in q. dist. 7. q. 1. art. 11. & omnes Theologi in tract. de Ordine; cōprobatur ratione, cum enim constet solos sacerdotes ex legis diuinæ institutione ministros sacramentorum fuisse. cōſtitutos, ideo laicus sacramenta exercere non potest. Pæterea conſtat à

A Summo Pontifice mutari non posse ea, quæ circa materiam, formam, aut ministros sacramentorum constituta sunt, & ita apud omnes in confessione est, non posse Summum Pontificem laico concedere, ut consecret sacram Eucharistiam: ergo necessaria sequitur sacramentorum administrationē laicis à Summo Pontifice demandari non posse. 14.

B Dixi, nulli laico, ut ostenderem Principibus ſæcularibus clauium potestatem minimè competere. Probatur, quia clauium potestas à Christo Domino ſolum Pontificibus, Episcopis, ſacerdotibus confeſſa reperitur, iuxta prædictas resolutiones; planè ſæculares principes à Summo Pontifice, Episcopis, & ſacerdotibus longè diſtinguntur; diſtinctumque habent officium, manifestissima enim erit iſania, si quis ſæcularis Princeps eo ipſo, quod Princeps eſt, ſacerdotis usurpet munus, ut statim ex dicendis apparebit: ergo, &c. Et confirmatur, quia duplex reperitur potestas spiritualis, ſcilicet à Christo Domino in lege Gratiae ſupernaturaliter data, qua homines ad finem ſupernaturalem, æternamquè beatitudinem dirigerentur; alia naturalis à Deoq; ipſo naturaliter in finem naturalem, ut ſciliç temporaliſ Republica in pace, & tranquillitate gubernetur, floreat, & conſeruetur, quam diſtinctionem ex utriusque potestatis fine ſatis docet Cyprianus in cap. Quoniam. 10. diſt. facit cap. Suscipitis, ead. diſt. conſfirmat text. singularis in cap. Cum ad verum. 96. diſt. cap. Solita de maiorit. & obed. Extrauag. Vnam sanctam, eadem tit. inter communes, & eſt optimus text. in cap. Nossi incomptenter, C. S. incō. §. Sed p̄iſenter.

C Quoniam. 10. diſt. C. Suscipitis. 96. diſt. Cap. Cum ad verum. 96. diſt. cap. Solita de maiorit. & obed. Extrauag. Vnam sanctam, eadem tit. inter communes, & eſt optimus text. in cap. Nossi incomptenter, C. S. incō. §. Sed p̄iſenter.

D C. Solita de maiorit. & obed. Extrauag. Vnam sanctam, eadem tit. inter communes, & eſt optimus text. in cap. Nossi incomptenter, C. S. incō. §. Sed p̄iſenter.

Authent. Quomodo oporteat collat. 1.

C. Valentianus. 63 dist. in electione Ambrosij, ibi, Ego quidem commiseram corpora, tu autem animas. Vnde eleganter Theodore. lib. 5. histor. c. 17. scribit eundem Ambrosium dixisse Theodosio Imperatori, purpura Imperatores facit non sacerdotes. Et ita epistol. 33. ad sororem dixit, de Imperatore loquens, publicorum tibi ius commissum est, non sacrorum.

15. Denique in lege veteri expressa habemus testimonia 2. Paralipom. c. 1. Paral. 19. vbi, inquit, *Iosaphat Rex, Amarias sacerdos, & Pontifex in omnibus, que ad eum pertinent præsidebit; porro Saladias super ea opera erit, que ad Regis officium.*

2. Paralipom. c. 26. vbi cum Ozias Rex yellet thus adolere prohibuit, cum Pontifex dicens, *Non est tui officij Ozia adolere incensum Domino, sed sacerdotum;* & cum ille perseverare grauissima lepra percusus est. Tandem teste Varrone, & Halicarnasseo initio Romæ nascentis constituit Romulus eos, qui sacra peragerent à reliquis esse distinctos; quibus alijs latissimè additis discursum hunc comprobat Pighius de Ecclesiastica Hierarchia lib. 6. c. 12. versic. *Quidam dicunt, Turrecr. d. lib. 1. de potestate Ecclesiæ, c. 87. Victoria relectione 1. de potest. Ecclesiæ scđt. 1. n. 2. & scđt. 7. n. 3. Nauarr. in cap. Nouit. notab. 3. à n. 23. de iudicijs, Cou. Practic. c. 31.*

n. 2. versic. Prima conclusio, latè Bellarm. min. 1. tom. controuers. 3. libr. 1. c. 7. per totum, & Soar. aduersus Anglic. sectæ errores libr. 2. cap. 12. cum sequentibus, latè per eos conuellens contrarium errorem Brentij, atque Henrici octauij Angliæ Regum, qui Ecclesiæ Anglicanæ caput se constituit, eodemque modo censet alios Principes supremos esse capita Ecclesiæ in suis Regnis.

B 16. Neque iam obstat præcipuum fundamentum quo suam astruebant sententiam ex Regum legis veteris exemplo, dum legimus Moysem, Iosue, David, Salomonem, atque alios, qui duces, aut Reges erant negotijs religionis se immiscuisse. Nam respondetur primò Moysem non solùm Regem, sed sacerdotem fuisse, ut constat Psal. 98. *Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius;* vnde comprobant Bellarmin. & Soarius dictis locis, reliquos autem si quando sacra munera obtulerunt, nō tanquam Reges, sed tanquam Prophetas, vel ex alia ratione, ex quadam potestate extraordinaria gesissent: neque tamen inde negandum est in illa parte sacra ministeria solis sacerdotibus, non autem Regibus fuisse permissa, iuxta prædictas auctoritates Paralipomen. 19. & 26.

D Paralipo. 19 & 26. 17. Rom. 13. C. Omnis anima de censibus. Adducunt præterea Blasterantes auctoritatem Pauli ad Roman. 13. ibi, *Omnis anima sublimioribus subditabitur, & ibi, Dei minister est, & ibi non sine causa gladium reportat,* refertur in cap. Omnis anima de censibus, vt suprà expēdimus: vnde inquiunt probari custodiā, & conseruationem legis diuinæ Regibus, ac Principibus esse commissam. Sed facile respondetur, fatēdo Principes potestatem habere spiritualium,

Varrone.

Pigh.

Turrecr.

Nauarr.

Cou.

ritualium, sed ministerialium, quatenus scilicet opus est ad spiritualium defensionem, & spiritualis potestatis obsequium, & explicat tex. in Extra-

Extratu. *Unam san*
ctam. *Triumph.*
Bellarm. *Soar.*
Penha. *Couas.*
Mench.

uag. Vnam sanctam, vers. In hoc, de maiori. inter cōmunes; confirmat Tryumph. de potest. Eccles. q. i. art. i. in corpore, Bellarm. & Soar. vbi proximè, quibus adde Penha ad direct. i. p. scholio. 7. Couas in regula Peccatū, 2. p. §. 9. n. 7. Menchaq. illustrium cap. 20. & sequentibus. Neque obstat auctoritas Petri, quam iam suprà retulimus cap. 2. ibi. *Regi tanquam præsiden-*
ti: nam respondetur clericos Regis subditos esse, quatenus homines politici sunt, & partes ciuilis Reipub. iuxta ea, quæ notantur in cap. 2. de immunitate Ecclesiarum, & quæ Hēriq. 2. p. lib. 10. cap. 25. §. 5. cum Doctoribus supracitatis.

18.

Vnde falsum est asserere Imperatorem Romanum (quod vulgo receputum videmus) esse in sacris constitutum, vt multi deducunt ex cap. *Valētinianus.* 63. dist. ibi, *vt ordinem meum decet;* quare Imperatorem subdiaconum esse vulgaris opinio est, vt testatur Alexandrinus in eodem tex. n. 3. & alij; & deinde, quia consecratur, cap. *Venerabilem.* 34. versic. *Verum,* ibi, *Inungimus, consecramus, & coronamus,* de electione; vnde sacratissimus solet appellari; deducitur quæ efficax argumentum ex vsu Ecclesiæ, secundum quem si Imperator in Curia Romana reperitur Missæ Papali inseruit, maximè in festo Natiuitatis, in quo ad Matutina constat septimam lectionem sub Euangelio, *Exiit edictum à Cesare Augusto,* idque obseruasse Federicum tertium Imperatorem, Pontifice Paulo secundo præsentí anno Dñi. 1468.

C. Valenti-
nianus. 63
*dist.**C. Venera-*
bilem. 34.
de elect.

A testantur auctores grauissimi, de quibus infrà. Sed soluitur argumentum si aduertas Imperatorem purè laicū esse, & illam vulgi opinionem merito approbari à Glossa ultima in d. cap. *Valentinianus,* vbi Alexand. & omnes sequuntur, teste Durand. in rationali diuinorum lib. 2. cap. 11. n. 6. latè *Ca-*
stald. in tract. de Imperatore q. 29. à principio, tum multa, tum illud adducens fundamentum, quod subdiaconatus sacer ordo est, dirimens matrimoniū, cap. *Erubescant.* 32. dist. cap. C. *Erubef-*
cant. 32. d. *Ca. à mul-*
tiss de etat. *& qualit.*
C. unic. de
Voto lib. 6

B à multis, de etate, & qualitate, notatur in cap. *unico de Voto* lib. 6. & infrà latè dicemus, & tamen Imperator validè contrahit, vt vsus totius Ecclesiæ semper docuit, & deinde, quia licet Imperator, sicut & alij principes inungi, & consecrari dicantur d. cap. *Venerabilem,* non tamen propriè consecratio est, sed longè diuersa ab Episcoporum, & sacerdotum consecratione, vt colligitur ex discursu textus in cap. *unico,* §. *Vnde, iunctis præce-*
dentibus, & sequentibus de sacra vn-
sacrauunt. *C. unic. de*

C ctione, neque in sacro aliquo ordine constitutus dici potest, hic enim non aliter, quam sub certo vitio, certisq; habitis ceremonijs conferri potest, vt scilicet iniciandus instrumenta accipiat de manu Episcopi, subdiaconus scilicet vacuum calicem cum patena, cap. *Subdiaconus.* 23. dist. D. Thom. ad 3. part. quæst. 31. art. 1. post Sot. Ledesim. Victor. & Henrq. plures refert Vasq. in 3. part. tom. 3. disp. 238. cap. 5. Quæ tamen solemnia in Imperato- D ris electione, vel coronatione mini- mè obseruari satis constat, tum ex vsu ipso, tum quia id omnes legimus obseruari, & patet in scripto à Castald. d. quæst. 29. cum præcedētibus, Bald. per

Castald.

Bald.

innocent.

Ioan. An.

per integrum tractatum de corona Imperatoris maximi, pagin. 61. & sequentibus, dum post Innocent. Ioan. Andr. & alios latè probat antequam coronetur, & vngatur, plenum imperium, & plenum ius imperij per solā electionem consequi imperatorem, atque ita iam actum illum offerendi calicem Papæ celebranti, atque etiā recitandi epistolam non exerceri ab Imperatore, ratione ordinis alicuius, quem non habet, ex modò dictis, sed ex potestate extraordinaria. Faciunt quæ circa Regem Dauid, & alios supra notauimus. Ad textum verò in d. cap. *Valentinianus*, ibi, *ordinem meum*; respondetur non esse intelligendum de aliquo sacro ordine, sed potius officio Imperatoris, quasi promittat Imperator adiutorem Ecclesiæ semper se futurum, vt munus, & officij debitum postulat, quo præcipue constat, vt Ecclesiæ patronus, & aduocatus cap. 1. 24. q. 5. comprobatur Bellarm. in fine tom. 1. controversia. 5. de translatione Imperatoris libr. 1. cap. 13. vers. 13.

19.

q. 5.

Bellarm.

Ex his consequitur neque Imperatorem, neque alios sæculares principes habere potestatem disponendi de decimis neque eas recipere posse; cum enim ex dictis constet officij spiritualis incapaces esse, & decimæ officio spirituali sint annexæ, iuxta illud Numer. 18. *Filijs leui dedi omnes decimas pro ministerio in quo seruiunt mihi*, & textus in cap. ultimo de rescriptis lib. 6. dum probat propter officium dari beneficium, faciunt notata in cap. *Cum contingat de decimis*, sequitur, quod quemadmodum officij spiritualis, ita decimarum sunt incapaces, atque ita hac eadem ratione

Num. 18.

Bap. ult.

de rescrip.

lib. 6.

probat textus in cap. 16. quæst. 1. & in C. 16. q. 1. A cap. *Tua. 25.* de decimis, consonat regula, cap. *Causamque de præscript.* D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 3. & est cōmunis secundum Cou. 1. resolution. cap. 17. n. 1. Sot. lib. 9. de Iust. quæst. 4. art. 3. Menchaq. illust. lib. 1. cap. 9. n. 6. & sequentibus.

B Quod tamen intelligendum est de puris laicis, non ita tamen si aliqui ex militaribus ordinibus profesi sint, quanvis enim valde sit cōtrouersum, an veri sint religiosi, & partem negatiuam tueatur Soto de Iust. lib. 7. q. 1. art. 3. ad tertium, Sarmient. de redditib. part. 4. cap. 1. nu. 13. Azor. Moral. inst. lib. 23. quæst. 2. Ludouic. Lopez in instruct. cons. 2. p. cap. 48. Azeued. lib. 5. nouæ recopil. lib. 3. tit. 5. l. 14. n. 13. & nonnulli qui in suum fauorem afferunt D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. ad 3. affirmatiuamque teneat Nauar. in Apolog. de redditib. q. 1. men. 55. & cons. 21. & 22. de reg. & cons. 1. de conuersione coniugatorum, Martinus Ayala in compendio, & declaratio-

C nione ordinis sancti Iacobi, cap. 1. & 2. Cou. in epit. 4. p. 2. cap. 3. §. 1. n. 18. Michael Médinalib. 4. de sacr. hominum continen. controuer. 7. cap. 39. Didacus Motta in speciali, opere de hac re libr. 2. cap. 1. & 2. quos omnes vide apud Soar. tom. 4 de Religione lib. 1. cap. 4. per totum, cum quo resolute propriè esse religiosos quoad institutionem; nō verò quoad usum, & in ordinibus S. Ioann. Hierosolymit. & similibus, in quibus milites absolutè, & non solum coniugalem castitatem profitentur, absque controuersia fatetur utriusque partis auctoritas veros esse Religiosos; tamen negari nō potest omnes, & Diui Iacobi, Christi,

Sot.
Sarmient.
Azor.
Lud. Lop.
Azeued.

D. Thom.
Nauar.
Ayala.

Cou.
Medina.

Mott.

Soar.

Christi, & similium ordinum milites esse ecclesiasticos, & ut tales literis A pontificijs exemptos esse à potestate sacerulari; & eisdem concessum sit, ut decimas Ecclesiarum percipient iustissima suadente ratione, ut scilicet armis Ecclesiā tutantur contra Christiani nominis hostes.

Sed pro complemento huius questionis aduertendum est clauium potestatem, quam diximus ad sacerdotes de iure diuino spectare, fœminis minimè competere: probatur, dixi clauium potestatem ijs tantum competere, quibus Christus Dominus concessit, constat autem ex dictis solis Apostolis, eorumque successoribus, Episcopis scilicet, & sacerdotibus à Christo Domino fuisse concessam: igitur rectè hac eadem ratione concluditur institutum, & vnica ratione illationem hanc probauit Innocent.

C. Noua. cent. 3. in cap. Noua, de pœnitent. & de rem. remissionib. vbi reprobans confititudinem, secundum quam Abbatissæ audebant benedicere moniales, confessiones audire, & legentes Euangeliū publicè prædicare, subiungit rationem, quia scilicet Beata Virgo Maria dignior fuerit Apostolis uniuersis, non tamen illi, sed istis Dominus claves Regni cœlorum commisit. Cōprobat D. Tho.

D. Thom. in additionib. ad 3.p.q.39. art.1. Sot. Sot. in 4.dist.25.q.1. art.2 cōcl.1. Victor.

relect. 2. de potest. eccles. q. 2. nu. 3. Angl. in forib. theolog. q. de clauib. art.1. difficultate 5. & alij, quos refert

Henriq. 1.p.lib.1. c.21. §.2. l. n. & sequentib. & lib.6.c.2. §.3.& l.10. c.16. D. §.1. L.A. agensque de potestate censorum latissimè Soar.tom.5 disp.2. sect.3.nu.5. Hinc notantes fœminas ipso iure diuino incapaces esse corū,

quæ sunt ordinis, & per consequens irregulares non esse, ratione sexus, vel etiam ob quancunque causam superuenientem, quæ esset sufficiens in viris ad irregularitatem contrahendam; est enim irregularitas impedimentum canonicum, id est legis canonice, & dicuntur irregulares, quia excipiuntur à regula secundum quā omnes, qui capaces erant attenta lege diuina poterant promoueri; at verò sexus fœmineus ipsa lege diuina impeditur, & incapax est suscipiendi ordines, & per consequens, in eum irregularitas non cadit aduertit Sot. vbi proximè artic. 2. in principio, & multis additis, late Henriq.lib.14.c.7. eleganter Soar.tom.5.disp.40.sect.7. multiplicique ratione confirmat Viuald.in Candelabro 3.p.c.3. à principio, cum quo prænotandum est, quod licet in fœminis propriè non detur irregularitas, sed magis incapacitas ex ipsa lege diuina existens, respectu tamen religionis suscepτæ, vel suscipiēdæ multa possunt considerari impedimenta propter quæ aliquæ mulieres inhabiles fiant ad aliqua officia religionis, vel religionem ipsam, quæ diligenter prosequitur Viuald. d.p.3. cap.4. ex n. 4.

Confirmantur supradicta ex autoritate Genes. c.3. ibi, *Sub viri potestate eris*, qua satis ostenditur statim ab initio creati generis humani fuisse sexum fœminum virili subiectum; subindeque, neque sacra, neque etiā profana munera in aliqua republica bene gubernata fœminis fuisse demadata, probat textus in l.2. ff. de regulis iuris, vbi notant scribentes omnes, & multi, quos late refert Duenh.reg. 308. & ex Philosophis, atque alijs auctoribus

Iust. Lips. Et oribus multa latè cumulat Iust. Lipsius politicorum lib. 2. c. 3. facit etiam quia minimè decebat pulchritudinē Ecclesiasticę Hierarchię fæminas admitti ad ecclesiasticos gradus, & Ecclesiæ regimen ex ratione, quæ colligitur ex D. Paulo 1. ad Corinth. c.

D. Paul. 11. ibi, *Christus caput est viri, ita & vir caput est mulieris, quia non vir ex fæmina, sed fæmina ex viro sumpta est, unde mulierem docere prohibe.* Idem Apostolus 1. ad Corinth. 14. facit etiam ratio textus in leg. 1. §. Sexum, ff. de postulando, & quæ Doctores communiter hic notant Duenhas regul. 311.

Neque obstat textus in cap. *Diaconissam.* 27. quæst. 1. nam respondeatur cum Glossa ibi, *Diaconissas appellari, non quod ordinē, vel characterē sacramentalem percipient, sed propter officium quod gerebant, legendi v.g. homiliam, vel euangelia in choro ad quod destinabantur certis quibusdam benedictionibus, non autem quod fuerint speciali ritu consecratae, quemadmodum in Diaconis obseruatur.* Neque subinde ordines suscipiunt licet Glossa vlt. ibi in fine contradicere videatur, sicut etiam propter officium præsbyteræ dicebantur, quia seniores erant, & alijs præfectæ, notant ex D. Thoma Sot. vbi suprà,

D. Thom. Sot. Castro, & plures alij, quos refert Hériq. d. §. 2. L.P. & sequenti. Vel intelligi potest cum Vualdens. de sacram. titul. 7. cap. 58. n. 7. quod diaconissæ in eo textu dicantur vxores viduæ Diaconorum, quemadmodum constat præsbyteras dici uxores præsbyterorum, vt apertè probat textus in capite vltim. 32. distinct. & sensus erit huiusmodi viduas Diaconorum professionis velum suscipere nō pos-

A se ante annum 40. vt pro regula ponit textus in cap. *Sanctimoniales.* 20. q. 1. qui intellectus aliquibus magis placet, sed non multum conuenit literæ textus ibi ordinari, quod verbum non potest propriè referri ad habitus susceptionum, quare prior communis intellectus potior est, & tutior, licet hic Vualdens. ad aliud propositum maximè notandum sit.

B Ad varia autem loca, quibus probatur mulieres prophetasse, Exod. 25. Acto. 20. Iudic. cap. 4. & 4. Reg. Iud. c. 4. cap. 22. Respondetur nullum esse in-

C conuenientes mulieres prophetare, nec nobiscum pugnare huiusmodi argumentum, prophetia enim donum Dei est, seu gratia gratis data, quod fæminis, atque laicis potest pariter conuenire, non ita potestas spiritualis ex suprà positis rationibus, vt resoluit Soto d. concl. 3. vers. *Quod si arguas.* Soto. Bellarmin. de sacram. in gener. lib. 1. cap. 25. vers. *Ad loca illa pro famina.* Neque obstat, quod Abbatissæ, & præfectæ monialium ecclesiasticam iurisdictionem habere noscatur, cap. *Dilecta*, ibi, *iurisdictionis sua, de maiestate, & obedienti. vbi notat Abb.*

*n. 2. & Doctores communiter Angl. difficult. 5. col. 2. Duenh. reg. 310. limitatione 1. & in ecclesiastica dignitate dicuntur constitutæ, cap. *In demnitatisbus, §. Sanè, vers. Verum, ibi, à dignitate, de electione libr. 6. notat Dc- cius in leg. 2. ff. de regulis iuris, nam multi Doctores argumento succumbentes negant Abbatissas spiritualē**

D habere potestatem, sed eſte instar matris familias, neque ampliorem habere potestatem, quam istas in priuata domo, ita Victor. d. relect. 2. sequitur Victor. Sot. in 4. dist. 10. q. 1. art. 4. concl. 3. Sot.

C. Sancti- moniales.
20. q. 1.

26.

Exod. 25.
Aet. 20.
Jud. c. 4.
4. Reg. 22.

Soto.
Bellarmino.

C. Dilecta de maior.

Abb.
Angl.

Duenh.

C. in dem- nitatisbus.
de elect. li- br. 6.
Des.

Soar. Soar.d.n.5. Fr. Emm. Rodrig. q. reg. tom. I. q. 15. art. 1. sed loquuntur cōtra decisionem textus in d. cap. *Dilecta*, & contra omnia supra dicta. Quare dicendum est longam esse differētiam inter ea, quae sunt ordinī annexa, & ad potestatem sacramentalem pertinent, & inter alia, quae sunt iurisdictionis, eorum enim quae ordinī annexa sunt fœminæ sunt omnino in capaces, & non possunt per quæcunque humanam potestatem fieri capaces, at verò ea quae sūt iurisdictionis, quanvis Christus Dominus fœminis non concederit, non tamē inconuenit, quod ea possint exerceri ex Ecclesiæ cōmissione fatetur Victor. n. 5, & multos referens Soar. n. 7. dictis locis, quemadmodum à laico ex eadē exercere possint, ex doctrina *Glossæ*

Glossæ c. be verbo laico in cap. *Bene quidem.* 96. *nequidem.* dist. Vnde quanvis leges canonicae 96. dist.

regulariter fœminis interdicant omnem potestatem spiritualem, spirituālis tamen rei indecētia effecit, ut Abbatissis in suis monasterijs spiritualis potestas concederetur, atque etiam propter euidentissimum periculum, quod suberat si viri præcessent monialibus resoluit D. Tho. d. art. 1. ad fin. & multi quos refert, & sequitur Hériq. dicto libr. 6. cap. 2. §. 4. iuncta l. x.

26. Quibus ampliant Doctores non solum ex speciali Ecclesiæ commissione posse habere Abbatissas spiritualem iurisdictionem, quae tamen ordinis non sit, sed etiam generaliter eisdem à lege canonica huiusmodi potestatem concessam esse in respondentibus sui monasterij, & moniali gubernationem, quod magis docet

D. Thom. D. Thom. d. loco, & in 4. dist. 25. q. 2.

art. 1. ad 2. dum scribit prælationem, quæ competit Abbatissis nō esse ordinariam, sed quasi ex commissione propter periculum imminens ex vi rorum cohabitatione: vnde merito Doctores inquiunt Abbatissis competere omnem iurisdictionem, quæ Abbatibus competit, velut in beneficijs conferendis, & in bonis sui monasterij administrandis, cap. 2. de his quae fiunt à prælatis, cap. *Cum dilecta*, de confirmatione utili, *Glossa.* 1. & Doctores in d. cap. *Dilecta*, Fr. Eman. Rodrig. d. tom. I. q. 17 art. 12. & quē admodum Abbates, ita etiam Abbatissas iuuari regula de triennali comprobatur *Rebuf. de pacific. possessor.* n. 3. cum sequentibus.

27. Deindè optimè aduertit Victor. in sum. de sacrament. §. 325. in fin. alias de clauib⁹, §. 14. non benē aliquos absolutè dicere, quod præceptū Abbatissarum nunquam obligat ad mortale, nam etiam si tanquā matres fam. considerentur, negandum non erat posse præcepto suo obligari ad culpā mortalem, vel veniale, iuxta materiæ qualitatem: probatur ex auctoritate Pauli ad Hebr̄os. 13. *Obedite præpositis vestris*, atque etiam ratione voti, quo se obligarunt in omnibus liciti, & honestis Abbatissis, & prælatis obediere. Tandem quia ex supra posita resolutione constat Abbatissas ex Ecclesiæ commissione habere iurisdictionem spiritualem.

28. Ultimò aduertendum est quod licet iurisdictionem Abbatissis à lege canonica concedi, nullum sit inconveniens ex dictis, nunquam tamen eisdem permisum fuit censuras ecclesiasticas ferre; hæ enim maturissimum iudicium requirunt Trid. sess.

23. dc

- Trident.* 25. de reformat. cap. 3. quod in famini non reperitur, text. iuncta Glossa A 4 *Sacramenta solum ordinasse ad fidē excitandam inquiunt protestantes.*
- C. Forus,
de verbis.
sign.* verbo *varium*, in cap. *Forus*, de verborum significacione, & ideo merito potestas hæc eisdem interdicitur, vt in excommunicatione expressè probat textus in cap. *Dilecta*, comprobatur ultra præcitos, *Couas* in cap. *Alma*. 5 *Quod ordinatio ministri non sit necessaria ad hoc sacramentum obiciunt Lutherani, & Calvinistæ.*
- Couas.* 1. p. §. 11. n. 2. latè Hugolinus de censuris tab. 1. cap. 2. §. 7. à principio. Neque obstat textus in d. cap. *Dilecta*, dum admittit Abbatissam officio, & beneficio posse clericos suspendere, & tamen constat suspensionē censuram esse ecclesiasticam, cap. *Quæreti*, de verbis. signif. nam omisso intellectu Abb. n. 5. & communis ibi qui intelligunt suspensionem, de qua ibi non fuisse ecclesiasticam censuram, sed simplicem quandam prohibitonem potius facti quam iuris, facilius respondetur negando Pontificem approbare suspensionem Abbatissæ, cū potius rescribens Abbatii eidem imponat, quod per censuras ecclesiasticas faciat obseruari salubria monita Abbatissæ, quod sanè necessarium non erat, si suspensio Abbatissæ valuerisset, iuxta regulam textus in cap. *Cum ad Ecclesiarum*, de officio ordin. 6. notat optimè Hugol. d. §. 7. in fine, & post cum Soar. d. n. 6.
- Hugol.* 7 *An etiam in statu innocentie, si permaneret, idem munus daretur remissione.*
- Ca. Dilecta.* 8 *Scripturae locis probatur catholicum dogma.*
- Abb.* 9 *Eadem veritas colligitur ex pluribus Concilijs.*
- C. Quæreti
de verb.
sign.* 10 *Ratione confirmatur.*
- Abb.* 11 *Primum hereticorum argumentum soluitur.*
- Cap. Cum
ad Eccle-
siarum de
offic. ord.* 12 *Solutio secundi & tertij argumenti.*
- Hugol.* 13 *Respondetur ad quartum.*
- Soar.* 14 *Quintum argumentum rejecitur.*
- Cum ad Ecclesiarum*, de officio ordin. 15 *Distinctio sacerdotis nouæ legis, & veteris.*
- Soar.* 16 *Soli Præsbyteri sunt proprij ministri dispensantes sacramentum quod in Missæ sacrificio offertur.*
- §. III.* 17 *Probationes huius assertionis explicantur.*
- Vtrum soli præsbyteri sint ministri sacri-
ficii Missæ.* 18 *Sacerdos in hoc sacrificio gerit personam Christi.*
- SUMMARIVM.* 19 *An sacerdos possit communicare Diacono hanc potestatem.*
- 1. Duplex questio proponitur.* 20 *Potestas huiusmodi conuenit sacerdoti ratione ordinis.*
- 2. Sententia Vinclephi refertur.* 21 *Probatur hæc conclusio.*
- 3. Fundamenta hereticorum sententiae amictuntur.* 22 *In casu necessitatis potest sacerdos impeditus mittere Eucharistiam per inferiores ministros.*
- D.* 23 *Fundamentum adiicitur.*
- 24 Non posse laicis committi dispensationem huiusmodi verius, & securius est.*

1.

Vplex sub hoc titulo quæstio potest excitari. Prima A de ministro conficiente; secunda de ministro dispensante. In primo ergo sensu proposita Vuiclephus olim in ea fuit sententia; ut diceret posse laicum iustum consecrare, impium vero sacerdotem nequaquam. Hanc opinionem audacius, & apertius docuit Lutherus in lib. de abrogand. Miss. priuat. concedens impudenter hanc potestatem ipsi etiam diabolo; si super legitimam materiam verba ritè proferret. Sequitur Ioan. Brent. in confess. Vuitemberg. cap. de Euchar. Martin. Cheinnt. in 2. p. examinis, Cōcil. sess. 13. c. 1. & alij RR. hęretici, cū tota Lutheranorū caterua.

Probatur primò hæc sententia, siue potius insanias, quia, vt ait Philo, de vita Moysis, & testatur sacra pagina 2. Paralip. c. 30. inter Iudæos non solum sacerdotes, verum & ipsimet Leuitæ immolabant, & offerebant phasæ, & holocausta in domo Domini. Secundo in lege naturæ plures nō sacerdotes sacrificia offerebant; vt videre est in pluribus locis Gen. de Caino, Abele, Abrahamo, & Iacobo, qui quidem sacerdotes non erant. Tertio omnes Christiani 1. Petr. 2. dicuntur regale sacerdotium: ergo si in lege naturæ, & scripta nō sacerdotes errat ministri sacrificiorū, proculdubio idē videtur dicendum de lege noua.

Quartò probatur eadem sententia ratione: sacramenta solūm ordinata sunt ad fidem excitandam: sed verba possunt fidem excitare, etiā si à Pſita-co, vel à Dæmone proferantur: ergo. Minor, & consequentia patet; maior ita est certa apud Lutheranos, vt iure miretur Bellarm. lib. 4. de Eucharist.

Vuicleph.

2.
Luther.Ioan. Brēt
Martin.
Chemnt.3.
Philo.2. Paral.
c. 30.

Genes.

1. Pet. 2

4.

Bellarm.

cap. 16. eos in hac opinione deserit à sacramentarijs.

Quintò probatur in hunc modū: ordinatio ministri nullum in eo imprimit characterem: ergo quicunque potest esse minister sacrificiorū. Antecedens conceditur, tanquam principium à Lutheranis, & Calvinistis, quos profecto irridet Tertull. lib. de præscript. obijciens Marchionistis, quod apud eos hodie sit laicus, qui heri sacerdos fuit, cras minister, hodie non minister: ergo simpliciter apud eos potest non sacerdos sacrificium Missæ offerre.

Nihilominus catholicum dogma est solos sacerdotes posse validè hoc Missæ sacrificium proprie offerre, & confidere. Ex Patribus hanc sententiā expressè docuerūt Clem. Romanus lib. 2. Constit. August. lib. sentent. c. 15. & lib. qq. veter. testam. q. 46. D. Hieron. in Aggeū. 2. & Amos, Epi-phan. hæref. 79. Chrysost. hom. 51. in Matth. Basil. libr. 2. de Baptism. Ahtanas. in apolog. contra Arian. Iustin. in apolog. 2. Tertull. suprà citat. Dionys. de Ecclesiastica Hierarch. per multa capita, & alij plurimi.

Ex scholasticis Magister in 4. dist. 13. vbi Durand. q. 1. ad 2. Bonavent. artic. 1. q. 1. Palud. q. 1. art. 3. Gabriel. q. 1. art. 3. Soto q. 1. art. 8. D. Thom. 3. p. q. 82. art. 1. Scotus in 4. dist. 13. q. 2. Alens. 4. p. q. 15. membr. 5. Guilh. Par. in tractat. de sacrament. Albert. Magn. in 4. dist. 13. art. 30. 31. & 32. Albert. Ex RR. Ragusa 3. p. q. 82. artic. 1. Ragusa. Cabeçudo ibid. Bellarm. lib. 4. de Sacram. Eucharist. cap. 16. Vasq. in 3. p. disput. 226. c. 1. Soar. ibidem disp. 77. sect. 2. Cassalius de sacrificio Missæ, Aegid. Conim. ibid. artic. 1. dub. 1. Egid. nouissi-

Clemens.

August.

Hieron.

Epiphani.

Chrysost.

Basil.

Athans.

Iustin.

Tertull.

Dionys.

Magist.

Durand.

Bonau.

Palud.

Gabr.

Sot.

D. Thom.

Scot.

Alens.

Gutib. P.

Ragusa.

Cabeçudo.

Bellarm.

Vasq.

Soar.

Cassalius.

Egid.

nouissi-

- Lacerda.* nouissimè vero Magister Lacerda in sua de sacerdotio Christi relectione, lib. I. cap. I. §. *Hæc sunt.* vbi dissertè docet sacerdotale munus per sacrificij oblationē constitui; atque adeò cap. 2. non solum in lege naturæ sacerdotes extitisse, qui sacrificia offerrent, sed eosdem etiam in statu innocentiæ, si permaneret idem munus, quāuis non in peccati exfractionem excuturos fuisse.
- Paral.* Probatur hæc Catholica doctrina, primò pluribus scripturæ locis. Primus sit deductus ex 2. Paralipom. cap. 26. vbi Ozias Rex Iudea lepra percussus est à Deo, eo quod cum non esset sacerdos, incensum adolere presumeret. Et propter eandem rationē reprehensus dicitur Saul, à Samuele I. Reg. 3. quod cum non esset ex tribu Leui sacrificium offerre ausus esset. Secundò probatur ex illo Lucæ 22. vbi Christus solis Apostolis, & eorum successoribus dedit hanc conficiendi potestatē in illis verbis, *Hoc facite in meam commemorationem:* ergo soli sacerdotes possunt esse ministri sacrificij Missæ. Tertiò eadem veritas colligitur ex pluribus Conciliorum definitionibus. Nyssænum enim negavit hanc potestatem conficiendi dandam esse Diaconis, Arclatensem. Conc. Nys. sen. I. cap. 10. hanc ponit formam sacerdotes; *Accipe potestatem offerendi,* &c. Florentinum etiam in liter. Armen. idem testatur. Ultimò Tridentinum sessione 22. cap. I. ita docet Christum in nocte cœnæ Apostolis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituebat, eorumque successoribus in sacerdotio, vt offerrent, præcepisse per hæc verba, *Hoc facite in meam commemorationem*, semper Ca-

tholica Ecclesia intellexit, & docuit, A & Canon. 2. anathemate condemnat eum, qui negauerit Christum instituisse Apostolos per illa verba, *Hoc facite, &c.*

Prima probatio ex ratione sit: in lege veteri electi sunt sacerdotes, vt sacrificia Deo offerrent: ergo id factum est in lege noua, in qua omnia perfectius ordinata sunt. Secundò, cum sacrificium, & sacerdos sint correlativa, determinatum sacrificium requirit determinatum sacerdotem: B sed sacrificium Missæ est sacrificium determinatum à Christo: ergo. Tertiò ille est verus, & proprius minister, quem Christus ad id munus designauit, sed, vt constat ex locis Scripturæ, & Ecclesiæ suprà adductis Christus solos sacerdotes designauit ad Missæ sacrificium: ergo. Plures aliae solent adduci in hanc rem probationes, quas vide apud citatos Doctores, præsertim RR.

Hæreticorum argumenta facile soluuntur. Ad primum sumptum ex C Paralipom. respondetur, quod *phase*, à solis sacerdotibus Aaronicis fuit immolatum, quia, vt ait D. Paul. ad Hebræos. 7. ex sola tribu Leui apud Iudæos electi sunt sacerdotes, & I. Esdræ capit. 6. sacerdotes dicuntur immolasse *phase* pro omnibus filijs Israel. Sed quia hæc responsio minus habet probabilitatis; respondetur secundò singulos patresfamilias in hoc casu fuisse sacerdotes, & immolasse *phase*, vt docet Philo citat. Ratio est *Philo.* quia immolatio huius sacrificij fuit à Deo instituta antequam essent sacerdotes Aaronici, Exod. 12. quare tunc Exod. 12. rite fiebat per patres familias. Ex quo non potest desumi argumētum con-

trans nostram sententiam, quia lex noua, ut pote nobilior, & excellentior, designatos, & consecratos postulat ministros, ut eiusdem sacrificia digne possint offerre, & conficere.

12.

D. Hier.

Iob. 1.

Ad secundum eodem fere modo respondetur ex mente aliquorum cum D. Hieronymo in questionib. Hebraicis agens de Melchisedech; in legge naturae omnes primogenitos fuissent sacerdotes, Abelem vero, qui primogenitus non fuit ex particulari prouidentia, & Dei ordinatione sacrificasse. Respondetur secundò, & fortè melius iuxta solutionem primi argumenti, omnes patres familias inter suos, sacerdotale munus obijisse, iuxta illud Iob. 1. vbi dicitur sacrificasse Iob. pro filijs suis. Ad tertium respōdetur illo loco, omnes Christianos dici sacerdotes lato modo, quemadmodum omne opus bonum dicitur sacrificium lato modo, & ipsimet sacerdotes vocantur reges, cum tamen proprie Reges non sint, de quo late dicimus in q. 1. proæmiali.

13.

Ioan. 3.

Actor. c. 8.
& 19.

Tertull.

Hilar.

D. Greg.

Optat.

D. Aug.

Ad quartum ex ratione petitum respondetur, negando maiorem: nam suprà positae locutiones de sacramentis, plus significabant, quam fidei incitamentum; fidem namque excitare, non sufficit, ut per Baptismum dicatur homo renasci ex Spiritu Sancto, Ioann. 3. vbi particula, ex, dicit causalitatem, ut ibi dicitur (quod natum est ex carne caro est) idem verò est in Actorum cap. 8. & 19. vbi dicitur, Per manum impositionem dari spiritum sanctum, & sic de cæteris argumentis, ut loquuntur Patres, præcipue Tertull. lib. de Baptism. c. 4. Hilar. in Psal. 65. D. Greg. lib. 9. epist. 19. Optat. lib. contra Parmen. & August. varijs in locis.

Ad quintum respondetur per sacramentum ordinis imprimi characterem, ut habetur in cap. Maiores, de Baptism. & traditur in cap. Ad abolendum, de hæretic. & Trid. sess. 7. can. 9. C. Maior. ret de Bap. tismo. Cap. ad. de Sacrament. videndus est Gregor. belandam Nicænus lib. de Baptismo paulò post de heret. principium, vbi ita, Sacerdos post consecrationem idem est, qui anteā, inuisibili tamen quadam vi, ac gratia, inuisibilem animam transformatam gerit in melius; item Augustin. epist. 23. & 50. & alij Patres idem docent. Ratio est, quia per hoc sacramentum deputatur homo specialiter in cultum Dei, & distinguitur à cæteris Ecclesiæ membris, participans sacerdotium, & protestatem Christi ad ministranda ex officio diuina sacramenta: ergo valde conueniens fuit ut speciali quoddam signo consecretur. Et ex hac ratione sumitur distinctio inter sacerdotes legis veteris, & nouæ, illi enim in sua institutione nullum spirituale effectum accipiebant, ut ait Chrysost. homil. 2. in epistol. ad Ephesios, loquens de Israelitis circuncisis: Obsignati sunt, inquit, Israelitæ, sed circuncisione, velut pecudes, sacerdotes vero legis nouæ accipiunt effectum spirituale, & designantur in peculiarem Dei cultum, iuxta illud 1. ad Timoth. 1. Tim. 4. Noli negligere gratiam, quæ est in te per impositionem manus presbyteri. Et sic sufficienter vtrumque ostensum manet, sacerdotem solum proprium sacrificij Missæ ministrum, conficiensem, & offerentem.

Secundus questionis suppositus est, utrum soli sacerdotes sint proprii ministri dispensantes sacramentum; quod in Missæ sacrificio offertur? circa quam questionem communis est schola-

14.

C. Maior. ret de Bap. tismo.

Cap. ad.

belandam

Nicænus lib. de Baptismo paulò post de heret.

Trid.

August.

D.
Du
Ric
Pai
Sot
Let
Bel
Ca
Vaj
See
Eg
nn1. a.
4.Con
mer
C. T
nit.
scr

Tri

D.

D. Thom.
Durand.
Richard.
Palud.
Sot.
Ledesm.
Bellarm.
Cabeus.
Vasq.
Soar.
Aegid. Co
nn.

scholasticorum consensus propriam potestatem ad dispensandum Christi corpus, esse penes sacerdotem ex diuino iure, quam quidem potestatem ipse sacerdos in casu necessitatis potest Diacono committere, ut iam supra tetigimus in §. 1. huius disputationis. Hanc sententiam in terminis propositam tenet D. Tho. 3.p. q. 82. art. 3. & in 4. dist. 13. q. 1. art. 3. ibi Durand. q. 4. Richard. art. 1. q. 3. Palud. q. 1. art. 4. Sot. d. 13. quæst. 1. art. 3. Ledesm. q. 23. art. 3. Bellarm. de Eucharistia lib. 1. cap. 17. Cabesud. ad citatum locum D. Thom. concl. 1. Vasq. tom. 3. in 3.p. disput. 219. cap. 1. Soar. tom. 3. in 3.p. disp 72. Aegidius Conninc. in 3.p. q. 82. art. 3. & omnes ferme tum antiqui, tum RR.

17. Probatur primò ex sacra scriptura, quia si illud verbum Christi Domini, *Hoc facite*, demonstrabat eiusdem Christi actiones, profectò si Christus actionem consecrandi commisit Apostolis, & eorum in sacerdotio successoribus, vtique etiam commisit actionem distribuendi, quam ibidem exercuit: ergo si prima actio ex diuino iure pertinet sacerdotibus, & secunda eodem iure pertinebit.

1. ad Cor. 4. Secundò probatur ex illo 1. ad Corinth. 4. vbi sacerdotes dicuntur dispensatores mysteriorum Dei. Tertiò in Concil. Rhemens. cap. 2. & in cap. Peruenit, de consecrat. dist. 4. detestabile, & horrendum dicitur, quod sacramentum per laicos ministretur.

18. Trident. Quartò in Tridēt. sess. 13. c. 18. dicitur ex traditione Apostolorū descendere, vt laici à sacerdotibus communionem accipiant. Præcipua ratio huius sententiae adducitur à D. Thom. ma citat. in corp. in hunc modum: sa-

cerdos in hoc sacrificio gerit Christi personam: ergo ex iure diuino, habet potestatem propriam exercendi ea, quæ Christus exercuit in hoc sacrificio: sed Christus principaliter exercuit non solùm consecrationem, sed etiam distributionem: ergo, & cæt. Aliæ solent adduci rationes, quæ, vt leuioris momenti in hanc materiam omitto.

Secunda pars nostræ conclusio-
nis, quatenus asserit posse sacerdotem
communicare Diacono hanc po-
tatem, tenent supracitati Auctores.

B Et probatur ex usu, & consuetudine Ecclesiæ, iuxta quam Trident. citatū dicto cap. 8. docet Christum com-
misisse Ecclesiæ ea, quæ non perte-
nent ad substantiam sacramentorum:
sed dispensatio Eucharistiae non per-
tinet ad substantiam sacramenti: er-
go commissa est Ecclesiæ, ac proinde
non est de iure diuino. Secundò pro-
batur, quia non constat hoc esse ab Ecclesia prohibitum, imò contrariū iubet Concilium Carthag. 4. in hæc Conc. Car

C verba: *Diaconus, presente presbytero, tbag. Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget.* Vide Ius-
tinum apolog. 2. pro Christianis in fi-
ne, vbi ita ait: *Ij, qui apud nos Diaconi Iustin.*
dicuntur, dant unicuique eorum, qui ad-
sunt percipiendum panem, & vinum, &
aquam, quæ consecrata sunt. Tertio pro-
batur à simili, quia potestas ad con-
firmandum, propriè commissa est E-
piscopo, & tamen is potest hanc po-
testatem committere simplici sacer-
doti: ergo. &c.

D Plura sunt, quæ contra hanc veri-
tatem adduci solent, & præcipue co-
tra primam partem nostræ, & com-
munis conclusionis. Et primò sic: vel

hæc potestas conuenit sacerdoti ratione ordinis, vel ratione iurisdictionis, non secundum, quia hoc sacramentum potest ministrari à sacerdote non habente iurisdictionem. Non etiam primū, quia si esset ratione ordinis, neque posset ab alio fieri, neq; factum teneret: ergo. Secundo contra secundam partem conclusionis, sic arguitur: non datur maior ratio, cur hæc dispensatio possit committi Diacono, quam alijs laicis; sed in cap.

C. Perue- Peruenit, de consecr. dist. 2. reprehēnit. de con- duntur sacerdotes, qui per laicos infirmis viaticum mittebant: ergo, &c. Maior probatur, quia si desit Diaconus, & necessitas urget, non minus obligabit sacerdotem ad mittendum sacramentum per laicum, quam per Diaconum.

Tertio principaliter probatur contra primam, quia actio hæc dispensandi est supernaturalis: ergo requirit potestatem supernaturalem: sed Diaconis non data est hæc potestas à Christo; ergo dicendum est, quod eam ipsis prohibuerit.

Ad primum respondetur conuenire illam potestatem ratione ordinis, & iurisdictionis. Ad probationē primæ partis respondetur non esse actum primarium ab ordine intentū, sed secundarium, & ideo committi posse Diacono. Ad probationem secundæ partis respondetur, eum, qui potest confidere hoc sacramentum, posse etiam illud ministrare.

Ad secundum respondent Soar. & Aegid. citati in casu necessitatis, deficiente Diacono, posse sacerdotem impeditum mittere Eucharistiam per inferiores ministros, & etiam per laicos, ut legimus apud Eusebium libr.

Euseb.

A 6. histo. cap. 36. ita olim fecisse plures sanctos viros, qui viaticum per laicos ægrotis mittebant. Fundatur horum Auctorum opinio in periculo extre- mæ necessitatis, quod iura non comprehendunt, quando de his loquuntur. Sed quia communior sententia apud Vasq. & Cabecud. citatos docet non posse laicis committi hanc dispensationem, ideo negāda est maior propter Ecclesiæ consuetudinē, quæ in morem legis videtur inualefcere, iuxta textum in cap. *Consuetudo. 1. dist.*

B C. *Conser- tudo. d. 1.* 24. Ad tertium respondeatur, verum quidem esse illam actionem, si sumatur moraliter, esse quid supernatura- le in ordine ad supernaturalem finē, & salutem animarum, hoc tamen non tollere quomodo à Diacono valeat exerceri, quia potestas sacerdotis, per quandam legationem, & coniunctionem moralem instrumenti cum suo principali agente, potest Diacono communicari; quod sufficit ad hoc, ut actio illa licet fiat ab eodem Diacono latè disputat Fagundes p. 3. *Fagund. lib. 2. cap. 1. n. 4.*

S. IIII.
An Præbyteri sint soli necessarij mini- stris sacramentorum, nimirū ex- tremæ unctionis, baptismi, & matrimoniij.

S V M M A R I V M.

- 1 Soli Præbyteri sunt ministri sacra- menti extremæ unctionis.
- 2 Nomen, Præbyteri, idem est atque Sacerdotis.
- 3 Ratione probatur hæc conclusio.
- 4 Proponitur argument. & ibi soluitur.
- 5 Diacono

- 5 Diaconus non est sufficienter consecratus ad hoc sacram. ministrandum. A
- 8 Quius sacerdos valide hoc sacramentum confert; extra necessitatem tam licet solus Pastor, vel alius cum eius licentia.
- 7 In necessitate quius sacerdos licet potest hoc sacramentum ministrare.
- 8 Laicus in nullo casu potest hoc sacramentum confidere.
- 9 In hoc sacramento singula unctiones cum suis formulis debent integrè administrari ab eodem ministro.
- 10 An in aliquo casu à diuersis sacerdotibus valide, sed illicitè conferantur: assertur.
- 11 Præsbyteri ex vi sue consecrationis sacramenti baptismi possunt esse ordinary ministri.
- 12 Probationes huius conclusionis explicantur.
- 13 Argumenta in contrarium recensentur.
- 14 Respondeatur ad obiectiones.
- 15 Opinio illorum, qui dicunt sacerdotem esse ministrum matrimonij refertur. C
- 16 Fundamenta huius sententiae explicantur.
- 17 Sacerdotem non esse ministrum sacramenti matrimonij certum est.
- 28 Idem ante Concilium Tridentinum ostenditur.
- 19 Probationes huius veritatis afferuntur.
- 21 Ad fundamenta primæ sententie respondetur.
- 21 Ministri sacramenti matrimonij sunt ipsi contrahentes.
- 22 Contrahentes in peccato mortali duplex peccatum committunt unum, mortale, alterum veniale.
- 23 Sacerdos assistens matrimonio in peccato mortali, venialiter tantum peccat.

- 24 Ratio, ob quam Tridentinum matrimonia clandestina irritauit, assignatur.
- 25 Potestas Concilij circa irritationem huiusmodi contractus, demonstratur.
- 26 Aliqui dubia contra hanc conclusionem recensentur, & solutiones ibi annexuntur.
- 27 Parochus ordinaria potestate matrimonio assistit in tota sua parochia.
- 28 Episcopus in tota sua diœcesi, an pastor ut valide assistat matrimonio debeat esse ordinatus sacerdos? negatiæ resolutur.
- 29 Particula, aliis, sapè, & communiter refert aliquid diuersæ qualitatis ab antecedenti.
- 30 An parochus excommunicatus; suspensus, vel irregularis possit valide assistere matrimonio, vel alteri licentiam dare, affirmatiæ deuiditur.
- 31 Auctoritas, quam parochus præstat actui sua presentia non est actus iurisdictionis.
- 32 Praesentia parochi omnino inuiti, & contrariam intentionē habentis sufficit ad valorem matrimonij.

Dicitur iam in §§. precedentibus ministros consecrationis, & confectionis sacramenti Eucharistiae, atque sacrificij Missæ esse solos præsbyters, ita ut nullus alius, qui careat charactere sacerdotali, & sacerdos non sit possit validè consecrare, confidere, & offerre corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, ut de fide definit Concilium Trident. sess. 23. Trident. cap. 1. Superest in praesenti agendum de reliquis sacramentis, ut etiam videamus, an ijdem præsbyteri sint eorum ministri? & primo disputare libet de

I. de sacramento extremæ vñctionis. Catholicum dogma est solos sacerdotes esse huius sacramenti ministros, ita ut ab alio validè confici non possit; cum autem exclusuum addimus clarum est inferiores excludi, non autem superiores, qui licet sint Episcopi, sunt etiam sacerdotes; nam, ut dixit Innocentius primus epistol. 11. ad Decen. c. 8. superfluum est, ut de Episcopo ambigatur, quod præsbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de præsbyteris dictum est, quia Episcopi alijs occupationibus impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si Episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem ad visitandum, & benedicere, & tangere chrismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma confidere. Quibus verbis oleum sanctum comprehendit, cuius benedictionem manifeste sentit esse propriam Episcopi, quod supra attigimus in disputatione 6. usum vero olei benedicti in confi ciendo hoc sacramento dicit ita lice re præsbytero, ut à fortiori liceat Episcopo.

2. Conclusio sic exposita de fide est, fundaturque præcipue in verbis Iacobi, inducat præsbyteros Ecclesiae. Quanvis enim nomen, *Præsbyteri*, in communi usu Græcæ linguae possit etiam seniorem significare, ut iam supra diximus in principio huius disputationis in usu Ecclesiae, & præsertim Apostolorum communiter sumitur pro Ecclesiæ sacerdotibus: quod ostendit tum locus ille Paul. 1. ad Tim.

3. *Tim.* 4. 4. cum impositione manum præsbyteri, tum communis usus retentus in Ecclesia Latina, quæ veluti traditio quadam Apostolica reputari potest,

atque ita intellexerunt locum hunc A Concilia, Florent. & Trident. sess. 14. cap. 3. & cano. 4. de hoc sacramento, Gratianus post cap. *Præsbyteros.* 95. dist. Henr. lib. 3. summ. cap. ultimo, Bellarm. tom. 2. lib. 1. dc extrema vn- etione, cap. 9. Soar. de pœnit. disp. 43. sect. 1. Aegid. Conim. tom. 2. disput. 19. dub. 9.

Cœc. Flor.
Cœc. Trid.
Gratian.
C. Presby
teros. 95.
Bellarm.
Soar.
Aegid. C
nim.

Fundamentalis ratio, seu à priori est Christi institutio, quam nobis Iacobus, & Ecclesia sufficienter proposuerunt, congruentia optima est, quia hoc sacramentum ordinatur suo modo ad sanctificandos fideles; potestas autem sanctificandi fideles est propria sacerdotum per se loquendo, pertinetq; ad potestatem in corpus Christi mysticum, & ideo etiam administratio huius sacramenti corum est propria. Estque hoc etiam consentaneum sanctitati sacramentorum, per se enim requirunt sacros ministros ad id munera specialiter consecratos, excepto baptismo propter specialem necessitatem, & matrimonio propter specialem eius naturam; in hoc autem sacramento nulla est peculiaris ratio, quæ talem exceptionem postulet. Dices tamen quod etiam Diaconus est minister consecratus. Respondetur non tamen sufficienter ad hoc sacramentum ministrandum; quia nec habet potestatem in corpus Christi verum, nec ad remittenda peccata; & ideo nec per se habet potestatem in corpus mysticum, ad sanctificandum illud, & remittenda peccata etiam mortalia, quod interdum per hoc sacramentum fit.

His tamen non obstantibus, obijcies Innocent. primum epistol. 1. ad Decent. cap. 8. dicit oleo sancto ab Episco-

4

Innoc. I.

Episco-

Cler
de pSoar
Egi

8

Episcopo cōfecto, non solum sacerdotibus, sed etiam omnibus Christianis licere vti in sua suorum vè necessitate. Respondeo eum loqui de vsu passiuo; quia expresse dicit omnes eo posse inungi, scilicet per presbyteros, vt immediatè ante ex D. Iacobu probauerat. Vnde statim subiungit Episcopum vel sacerdotem essem ministrum huius sacramenti.

Sed prænotandum est quod licet quiuis sacerdos validè hoc sacramētum conferat, cum non sit actus iurisdictionis, sed ordinis sacerdotalis, à quo pendet quoad substantiam: extra necessitatem tamen solus Pastor, vel alius cum eius licentia id licet cōfert: quia conferre sacramenta est officium Pastoris. Vnde religiosi qui sine venia proprij Pastoris laicis, aut clericis non religiosis hoc sacramētum conferunt excommunicantur,

Clemēt. 1. de priuilegijs. Alij quidem de prisuit.

In necessitate tamen quando aliās ægrotus moriturus esset sine hoc sacramētum: quiuis sacerdos posset hoc sacramētum ministrare, et si sciret parochum ægre laturum. Quia nullo modo censendum est Ecclesiā velle ægrotum cum tanto suo danno obligare, vt à nullo alio, quam à suo parocho sine huius licentia hoc sacramētum suscipiat, cum eius salus posset hoc modo periclitari. Vide Soar. disp. 44. sect. 2. nu. 3. Aegidius tom. 2. disp. 19. dub. 9.

Vltimò amplia, sacerdotem esse ministrum simpliciter necessarium, ita vt propter nullam causam, vel defectum sacerdotis possit laicus, imò

nec Diaconus sacramētum hoc valide confidere. Assertionem hanc ferè æque certam quam primam esse existimo cum Soar. de quo n. 5. & in *Soar.* ea conueniunt Theologi in 4. dist. 23.

D. Thom. q. 2. artic. 1. Præterea hoc voluit Conc. Trident. cap. 3. de hoc sacramētum cum docuit vel Episcopum, vel sacerdotem ritè ordinatum esse proprium ministrum huius sacramētū, quod sub anathemate definit can. 4. Concilium autem Florētinum simpliciter dixit, minister autē

D. Thom.
Conc. Tri-
dent.

Conc. Flo-
rent.

huius sacramētū est sacerdos nulla adhibita exceptione, quam agens de sacramēto baptismi statim adiunxit, ideoquè non dixit absolutè sacerdotem esse ministrum baptismi, sed ordinariū ministrum. Vnde concluditur ratio, nam in his rebus supernalibus, quæ ex institutione pendunt, nobis non licet addere exceptionem præter generalem regulam sine auctoritate, vel euidenti ratione, quæ in præsenti non viget ad excipiendum ab hac regula generali.

C. Concili. aliquem casum igitur, &c. Et confirmatur à Soar. d. n. 6. exemplo sacramēti pœnitentiæ quod magis necessarium est, & nihilominus propter nullam necessitatem potest ab alio quam à sacerdote ministrari: ergo à fortiori idem dicendū est de hoc sacramētū.

D. Aduerte tamen, quod singulæ vñctiones cum suis formulis debent integrè administrari ab eodē ministro; quia D. Iacobus dicit vngentes debere orare super ægrotum; & oratio vna è duobus partialiter ita prolata non potest habere perfectū sensum secundum cōmunem loquendivsum, præsertim cum partes orationis per se

9.

se non faciant integrum sensum. Pos-
funt tamen diuersorum sensuum vn-
ctiones à diuersis sacerdotibus mini-
strari extra necessitatem quidem va-
lide, sed illicite, quia contra usum Ec-
clesiae: in necessitate verò ut si prior
post primam vunctionem deficiat, &
tunc alter reliquas conferat, etiam li-
cite. Ita ex communī sententia Soar.
disput. 43. sect. 2. Quæ sententia satis
facilè defenditur posito quod singu-
læ vunctiones sint per se sacramentū
essentialiter completum: quia simile
videtur in Eucharistia, & ordine, iux-
ta doctrinam Theologorum; quoad
alteram verò sententiam dicendum,
id in hoc sacramēto esse omnino sin-
gulare, sicut eius singulæ partes per
se habeant aliquo modo sensum per-
fectum. Reliqua vide apud Henrīq.
Bellarm. Soar. & Aegid. dictis locis.

Accedamus ergo ad sacramētum
baptismi, cuius etiam dicendum est
sacerdotem ex vi suæ consecrationis
esse posse ordinarium ministrum: ita
docet D. Thom. art. 1. & 2. & ex usu

Ecclesiae satis constat; Clemens Ro-
man. lib. 3. const. cap. 11. & lib. 8. cap.

Ignatius. 52. Ignatius epistol. 13. ad Heronem
Gel. Papa Diaconum, & Gelasius Papa epist. 1.

C. Diacono-
nus. 93. d. cap. 9. & habetur in cap. Diaconus. 93.

Ifidor. dist. & Isidor. lib. 2. de officijs cap. 24.

& habetur in cap. Constat, de conse-
crat. dist. 4. Epiphani. hæres. 79. Deni-

que Concilium Florentinū hoc sen-
tencie. su dixit, minister huius sacramenti est

sacerdos, cui ex officio competit bap-
tizare.

Ratio autem huius rei optima est,
quia sacerdos habet potestatem in
corpus Christi verum: ergo conse-
quenter recipit potestatem in corpus
Christi mysticum saltem, quæ neces-

A faria est ex vi consecrationis, quæ
aliás dici solet potestas ordinis, &
respectu illorum sacramentorū, quæ
communia sunt populo Christiano,
& ad remissionem peccatorum, &
communem eius profectum ordinā-
tur. Quod addit Soar. de sacram. disp. Soar.

23. sect. 2. propter sacramentum con-
firmationis, quod propter specialem
rationem solis Episcopis diximus sup-
ra ordinario referuari. Vnde sumi-
tur confirmatio, nam sacerdos est or-
dinarius minister sacramenti Eucha-
ristiae, quoad incrementum spiritualis

B vitæ institutum est, habet etiam po-
testatem ordinis ad sacramētum pœ-
nitentiæ necessariam, ut statim dice-
mus, quod est ad reparandam spiri-
tualem vitam, ergo multo magis illā
habebit ab baptismum ministrandū,
per quod datur spiritualis vita. Deni-
que sacerdos est in statu, & ordine
constitutus, in quo esse potest ordi-
narius pastor animarum: ergo nece-
sse est, ut ex vi suæ consecrationis ap-
tus sit ad regenerandos homines in
Christo.

Obijcies tamen septimò, quod
presbyter non potest baptismum mi-
nistrare, nisi facultate sibi ab Episco-
po concessa, ergo non proprio iure
potest hoc ministerium usurpare. An-
tecedens patet ex Hieronymo con-
tra Lciferianos, & Tertull. libr. de Tertull.
Baptismo, docentibus ius baptizandi
esse penes Episcopum, & non nisi eius
facultate communicari sacerdoti, aut
diacono. Secundò, quia per baptismū
recipiuntur homines in Ecclesiam, &
fiunt membra eius: decet autem, ut
potestas, & ius admittendi homines
ad Ecclesiam sit penes principes, &
supremos pastores Ecclesiae ut sunt
Episco-

Episcopi: & hoc saltem videtur probari illis verbis Christi : *Euntes, doce-te omnes gentes, baptizantes eos, & cat-* nam ibi locutus est ad vnde decim Apostolos, ut Matthias dicit, quorum successores sunt Episcopi. Tertio, nam in Pontificali Romano in ordinazione Diaconi dicitur, Diaconum debere baptizare, & prædicare. Quartò, quia quilibet homo qui loqui potest & lauare, est sufficiens minister baptismi in necessitate, vt suprà diximus, siue sit vir, siue fœmina, fidelis, vel infidelis, baptizatus, vel non baptizatus, ita definitum est in Concilio Florentino in decreto Eugenij, vbi notanda sunt illa verba, *In casu necessitatis, non solùm sacerdos, vel diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, imo etiam paganus, & hereticus baptizare potest.* Atque idem ex parte colligi-

Ioan. Pap. **P**ap. **ad li-** tur ex Ioanne Papa 8. in cap. *Ad li-* mina. 30. quæstione 1. vbi solùm dicit mina. 30. **q. 1.**

C. In nece- **sitate.** **C**. Constat in cap. *Constat, cum vulgaribus de- di consecr.* **d. 4.**

Sed ad huiusmodi difficultates facilimo negotio respondetur. Ad primam enim dicendum est distinguendam esse potestatem ordinis respectu sacramenti, & potestatem iurisdictionis, respectu eius cui dandum est sacramentum. Sacerdos ergo ex vi suæ ordinationis habet sufficiētem potestatem, vt validè & dignè ministret hoc sacramentum, & quo- **D** ad hoc non pendet ab Episcopo, nec indiget concessione eius, & in hoc superat Diaconum, & reliquos Ecclesiæ ministros. At verò ultra hanc

A potestatem requirit iurisdictionem in personam, vt licet ille ministret hoc sacramentum, & quoad hanc pendet ab Episcopo, tanquam à superiori pastore. Ad secundam dicendum quod in qualibet republica ea, quæ sunt minora pertinent ad minora officia, maiora verò maioribus reseruantur secundum illud Exod. 18. Quicquid maius fuerit referant ad eos, & ipsi tantummodo minoria iudicent. Et ideo ad minores ciuitatis principes pertinent disponere de insimo populo, ad summos autem principes pertinet disponere ea, quæ spectant ad maiores ciuitatis. Per baptismum autem non adipiscitur aliquis, nisi in insimum gradum in populo Christiano, & ideo baptizare pertinet ad minores principes Ecclesiæ, id est ad præsbyteros, qui tenent locum septuaginta duorum discipulorum Christi, vt dicit Glossa Luc. cap. 10. & ad locum, *Euntes, & cat.* respondetur quod utrumque officium, scilicet docendi, & baptizandi, Dominus Apostolis iniunxit, quorum vices gerunt Episcopi, aliter tamen & aliter. Nam officium docendi commisit eis Christus, vt ipse per se illud exercent, tanquam principalissimum, vnde & ipsi Apostoli dixerunt, Actorum. 6. *Non est equum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis:* officium autem baptizandi commisit Apostolis, vt per alios exercendum. Vnde & Apostolus dicit 1. Corinth. 1. *Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare.* Et hoc ideo, quia in baptizando nihil operatur meritum, & sapientia ministri, sicut in docendo. In cuius etiam signum nec ipse Dominus baptizavit,

Exod. 18.

Luc. 10.

Actior. 6.

1. Cor. 1.

Cc

Ioan. 4.

tizauit; sed discipuli eius, ut dicetur Ioan. 4. nec tamen per hoc excluditur quin Episcopi possint baptizare, quia quod potest potestas inferior, potest & superior. Inde & Apostolus ibidem dicit se quosdam baptizasse. Et si replicetur non constare hunc esse sensum illius; respondeo, neque etiam constare Christum locutum esse de potestate iurisdictionis, sed de præcepto vtendi baptismate, neque etiam constare locutum esse ad solos Apostolos, quia licet Matthæus tantum vndecim Apostolorum mentionem faciat, tamen non excludit discipulos alios, imò contrarium probabile dicit Soar. tomo secundo, disputatione 34. sectione 2. Ad tertiam dicendum est, Diaconum per se, ac iure diuino ordinario non posse administrare hoc sacramentum ex vi suæ ordinationis, esse tamen capacem huius ministerij ex concessione, seu delegatione Episcopi, aut sacerdotis, dict. cap. Diaconus. 93. distinctione, & dicto cap. Constat, de Consecratione distinctione 4. Sed aduerte nullum hominem Diacono inferiorem habere aliquod ius, seu capacitatem proximam ad dignè ministrandum hoc sacramentum, nec iure ordinario, neque ex delegatione Episcopi, vel sacerdotis, ita omnes cum Diuo Thoma loco supracitato, Gloffa in cap. Diaconos, verbo Necessitas. 93. distinct. Ad quartam, & ultimam difficultatem, quam iam suprà latè resoluimus. Respondetur, quod baptizare pertinet iure diuino ordinario ad ordinem sacerdotalem, secundum quandam conuenientiam, & solemnitatem, non autem hoc est de necessi-

D. Thom.
Glossa in
cap. Diaconos. 93. d.

tate sacramenti. Vnde laici & quilibet qui lauare sciatur, & verba proferre cum debita intentione potest esse minister baptismi in casu necessitatis sine culpa; absque ea tamen peccando mortaliter, cap. Super quibus. 30. quæstione tertia cum alijs suprà relatis. Ratio est, quia baptismus est sacramentum maximè necessitatis, respectu omnium humanum, ergo expediens fuit, ut illius administratio omnibus concederetur, præsertim cum necessitate urgente. Et confirmatur, nam propter hanc causam institutus est in materia communi, quæ vbiique facile reperitur, & simplicissima actione, ac verbis, vt suprà diximus: ergo eadem ratione fuit conueniens, necessarium ministrum huius sacramenti esse valde communem, atque adeò ministerium hoc cuilibet concedit. An verò extra casum necessitatis id fieri possit, ita ut factum teneat, & an pendeat à bonitate ministri iam suprà omnia resoluimus

C numero septimo, & latè videri possunt apud Soarium, tomo tertio, disputatione 16. sectione 1. cum sequentibus.

His positis circa sacramenta extremae vñctionis, & baptismi, superest agendum de sacramento matrimonij. An scilicet sacerdos sit minister illius, vel ab eo tantum præstari possit. In hac quæstione sunt qui dicunt sacerdotem esse ministrum matrimonij in quantum sacramentum est, ita ut ante Concil. Tridentinum clandestinum matrimonium legitimum fuerit, non tamē sacramentum. Ducuntur, quia actio sacramentalis est sacra; ergo ministrum

Ca. Super
quibus. 30
q. 3.

Soar.

15.

16.

Tr

San
Can19
Tride

Trident. strum sacrum, & formam sacram petit, ne contractus purè ciuilis, & profanus sit. Probatur post Tridentinū, quia sessione 24. cap. 1. de matrimonio iubet ut parochus habito contrahentium consensu proferat ea verba, *Ego vos coniungo. ergo vere parochus coniungit, & conficit matrimonium*, ne verba falsa sint. Alias rationes huius sententiæ, quia parui momenti sunt hic non curauimus referre, omnia vide apud Sanch. de Matrimonio libr. 2. disput. 11. & hanc opinionem ita docet Canus lib. 8. de locis Theolog. cap. 5. in solution. ad 3. authorit. Concil. Coloniensis, §. 5. de Ministro, & §. Verbum itaque, & Petrus de Ledesm. de matrimonio. quæst. 42. art. 1. dub. 4. concl. 4. iuncta conclus. vlt. ait ante Trident. fuisse hoc probabile, secùs post illud.

17. Verùm tamen est, & omnino tenendum nunquam parochum fuisse, nec post Tridentinum esse ministrum sacramenti matrimonij, sed ipsos contrahentes esse ministros confidentes sacramentum matrimonij: & ita ante Tridentinū clandestinum matrimonium fuisse verum sacramentum. Probatur primò, quia cum matrimonium sit contractus, nec illius naturā Christus mutauerit, sed tantum eleuarit ad esse sacramenti, sequitur aliorum contractuum naturam, quæ est ut ipsi contrahentes suis consensibus se ligent, nec aliis præter ipsosmet contractum efficiat. Secundò, quia ante Tridentinum matrimonia clandestina erant vera matrimonia, & rata,

18. vt definit ipsum Tridentinum sessione 24. cap. 1. de matrimonio, ergo & vera sacramenta, quia idèò cap. Quarto, de diuers. Nam et si matrimonium,

Sanch. infidelium matrimoniu[m] non appellatur ratum, quia sacramentum non est. Tertio, quia verba parochi non sunt de essentia matrimonij, sed ijs penitus omissis constat matrimoniu[m], nam Tridentin. in clausula irritantiantum expressit qui aliter quam præsente parochio, nec explicuit dicenti verba, & est decretum correctorum: ergo non est extendendum, ut debeat de necessitate sacramenti, dicere verba; deinde, quia necessaria necessitate sacramenti, determinata esse debent, at Tridentin. petit indeterminata verba, cum petat ea, vel alia secundum patriæ consuetudinē, ergo ea non sunt de necessitate sacramenti, sic docent omnes quos refert Sanches lib. 3. disput. 38. num. 4. Quarto, quia Ecclesia olim cognoscerebat de matrimonijs clandestinis, ergo erant sacramenta: si enim prophani contractus essent, iudex secularis de eis cognosceret. Quinto, quia Florentinum, vbi de sacramentis, cum latè aliorum sacramentorum ministros explicuerit, huius tamen ministrum tacuit, quasi manifestum relinquent non alium esse sacramentum. Hanc sententiam ante Tridentinum tenuerunt D. Thomas, & alij Doctores, quos omnes vide apud Sanch. dicta disputatione undecima, vbi eam confirmat multis alijs fundamētis.

D. Ad difficultates adductas pro fundamento primæ sententiæ facile respondetur, & ad primam dico, actionem illam esse sacram in quantum significat coniunctionem Christi cū Ecclesia, & eleuata est à Christo illa actio ad esse supernaturale sacramenti: sicut baptismus à laico collatus

20.

Cc 2 est

Sanch.
Can. 30.

idem.

17.

18.

19.

Trident.

Sanch.

D. Thom.

Sanch.

est actio sacra. Ad secundam respondet Sanch. dicto loco, ea verba significare coniunctos vos esse declaro, vel approbo coniunctionem vestram; & cum haec ceremonia sit accidentalis, id tantum significat; alias sine his verbis non coniungerentur, atque ita matrimonium esset omnino nullum; quod aperte falsum est, ut ex Trident. in dicto cap. 1. patet.

21. Sed pro complemēto huius questionis sciendum est, quod ipsi contrahentes sunt ministri huius sacramenti. Est communis, & patet ex dictis, qui hi soli ponunt materiam, & formam, quae consistunt in verbis, seu signis, quibus consensus exprimuntur. Et colligitur ex Florentino, quod docet consensum contrahentium esse causam efficientem matrimonij, id est vinculi matrimonij. Unde aliqui inferunt, contrahentes in peccato mortali duplex peccatum mortale committere: unum quantum sacramentum indignè suscipiūt: alterum, quia indignè ministrant. Sed verius est, secundum tantum esse veniale; quia non sunt ad hunc effectum singulariter consecrati. Aegid. Co. dius Con. tom. 1. quæst. 64. artic. 6. & de sacram. disputatione 24. dubio. 3. in fine. Hinc patet multò minus peccare mortaliter sacerdotem assistentem in peccato mortali; quia non est minister sacramenti, & benedictio quam præstat, est sacramentale quoddam. Sic Ledesm. Henr. Soar. Aegidius, & alij, quos refert Sanches libro secundo, disputatione D

Ledesm.
Henr.
Soar.
Sanch.

24.

Deinde sciendum est Tridentinū meritò ad uitanda grauia, quae ex ijs sequebantur incommoda, irritasse

matrimonia clandestina sine parocho, & duobus testibus inita: non quidem efficiendo ut alia materia, & forma ad sacramentum requiratur modò quam anteā (quod facere non potuit) sed efficiendo contrahentes inhabiles ad sic contrahendum, & reddendo consensum eorum sine tali solemnitate insufficientem ad contractum illum ciuilem perficiendum. Sicut si efficeret aliquem impotentem ad alium aqua perfundendum, redderet ipsum impotentem eum baptizare, aut si facheret, ut verba hęc: *Ego te baptizo*, omnino aliud (quod consuetudo facere posset) significarent, efficeret ut prædicta proferens inualidè conaretur baptizare.

25. Ratio ostenditur, quia et si spectato solo iure naturæ, tales sint potentes contrahere, & hic contractus essentialiter non requirat, nisi consensum internum per signa extcrius clarè expressum: quia tamen illi subiecti sunt Ecclesiæ, potest illis ex legitima causa hanc potestatem tollere, & efficere, ut suprà dicta non sufficiant ad traditionem corporum; quia haec omnia non tantum à voluntate contrahentium, sed etiam à voluntate eorum, quibus illa subiecta est, pendent. Sic Ecclesia reddit consanguineos intra quartum gradum inhabiles ad contrahendum, cap. 1. cap. Non debet, de consanguinitate, & affinit. & collationem beneficiorum per simoniam confidentiæ factam nullam, cap. Mattheus, cap. Nobis, ex situacione de simonia: sicut etiam professionem factam ante 16. annum ætatis, cap. Ad nostram, de regularibus, & cap. 1. & 2. codem titul. libr. 6. Concil. Tridentin. sessione 25. br. 6. cap. 15.

Cap. 11.
C. Non debet de consanguinitate, & affinit. C. Mattheus.
C. Nobis de simon.
C. Ad nostram libr. 6. Concil. Tridentin. sessione 25. br. 6. cap. 15.

C. a
fol.
C. I.
lum.
Tri.
L. I.
car.
L. F.
ff. r.

C. ad Apo-
stolicam.
C. Non so-
lum.
Trident.
L. I. ff. de
L. Pupill.
f. reg. iur.
26.

cap. 15. aut ante annum probationis expletum irritat. cap. Ad Apostolicam, dicto titul. de regular. & cap. Non solum, libr. 6. Tridentin. sessione 25. cap. 16. Item ius ciuale reddit prodigum inhabilem ad contrahendum, l. I. S. I. ff. de Curatore furios. & concrat. fur. tractus pupillorum factos sine certa solemnitate nullos. L. Pupillus, ff. de reg. iur. regul. iur. qui tamen iure naturæ validi sunt.

Neque obstat, quod Ecclesia non potest mutare ius naturæ: atqui tale matrimonium est iure naturæ validum: ergo Ecclesia non potest illud reddere irritum. Respondetur enim consequentiam falsò deduci, quia, ut ex dictis patet sine villa mutatione, aut irritatione iuris naturæ tale matrimonium potest reddi irritum. Secundò etiam non vrget quod Ecclesia non potest aut mutare materiam, aut formam sacramentorum: aut efficere ut aliquid sit de eorum essentia, quod anteà non erat: ergo non potest efficere, ut talis solemnitas de nouo sit de essentia sacramenti. Confirmatur, quia idè Ecclesia non potest efficere, ut vel aliqui homines nequeant validè baptizare, aut ut certa aqua ad baptismi essentiam sit necessaria; quia Christus instituit, ut quævis aqua sit legitima materia baptisci, & qui quis homo possit validè baptizare: atqui eodem modo liber consensus contrahentium exterius expressus est legitima materia, & forma matrimonij: ergo Ecclesia nō potest efficere ne capaces matrimonij cum adhibentes inualidè contrahant. Nam etiam respondetur distinguendum esse antecedens. Verum enim est Ecclesiam non posse mutare

materiam sacramentorum, efficien- A do ut id quod prius erat legitima ma- teria, sine sui mutatione incipiat non esse legitima: potest tamen hoc effi- cere ut illud immutando v.g. vinum vel aquam omnino corrumpendo. Quod etsi circa has res, quæ consi- stunt in sola entitate physica nequeat facere solo suo decreto: potest tamen hoc facere in contractibus, qui mag- na ex parte pendent à rationibus mo- ralibus, quas Ecclesia in suis subditis impeditre potest; ita ut ipsæ & conse- quenter etiam ipsi contractus pon- nequeat sine certa solemnitate; quod hic facit. Posito autem quod non possit poni contractus, nec potest poni hoc sacramentum, quod est es- sentialiter contractus. Ad confirma- tionem nego minorem: nec enim illi consensus sunt materia matrimonij præcisè secundùm suam rationem physicam, sed prout inuoluunt quod- dam esse morale, scilicet vim obligā- di, quam Ecclesia potest impeditre.

B His positis inquirēdum est vtrū sacerdos possit ordinaria potestate matrimonio assistere, aut alteri assi- stendi licentiam concedere? Quare supponenda hic est constitutio Tri- dentini sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon. vbi irritat matrimonium aliter celebratum quām præsente pa- rocho, vel alio sacerdote de ipsius pa- rochi, vel ordinarij licentia. Ex quo manifestè apparet ordinaria potesta- te suorum matrimonio assistere, alijsque assistendi potestatem conce- dere posse primò parochum in tota sua parochia, secundò Episcopum per totam suam dioecesim, & hęc per se clara sunt, Sanch. de matrim. libr. 3. disput. 20.

27.

Trident.

Cc 3 Sed

Sed dubitari potest, an ad hoc ut Pastor validè assistat matrimonio, debet esse ordinatus sacerdos. Respōdeo non esse necessarium; ratio est, quia Trident. tantum requirit, ut sit Pastor. Quod autem dicit, qui aliter quam coram parocho, vel alio sacerdote, &c. Inde non sequitur parochū debere esse sacerdotem, quia dictio alias, sāpē refert aliquid diuersæ qualitatis ab antecedente, ut patet ex illo

28.

29.

C. Deinde &c. sedes de rescript. Authent. quod semel

L. Non so lūm. ff. pro curatōrib.

Speculat. Imol.

Felin. Flamin. Matt. 28. Marc. 15

C. Nouatiannus. q. i. Felin.

Lucæ. 23. n. 32. Ducebantur autem, & aliij duo nequam cum eo; docet optimè Glossa cap. Deinde, verb. cum ceteris. 26. & cap. Sedes, verbo maiores, ad finē de rescript. & authēt. quis ep̄, verbo aliud, Cod. Quomodo, & quando, vbi textus inquit, aliud anni spatum indulgetur: & Glossa inquit, loquitur quasi annum dederit, cum tamen tres menses dederit: sed die quod non im

plicat simile tempus per l. Non solum. §. Queritur, ff. de procuratoribus, vbi

Gloss. verbo creditores, ait dictiōnem alius, impropriè sāpē ponit: quia non semper refert eandem qualitatem, idem Speculat. tit. de Spons. num. 4. Imol. cap. Sedes, n. 11. de rescript. vbi cum multis alijs per ipsuī allegatis, Felin. nu. 6. Flamin. de resign. benef. l. 2. q. 15. num. 21. Et probatur ex illo Matth. 28. & Marc. 15. vbi de Christo seruatore nostro aiunt, Cum eo crucifixi sunt aliij duo latrones: & ex capite

Nouatiannus. 7. q. 1. ibi alios pseudoprophetas, & tunc inquiunt Imol. & Felin. ibidem implicare dissimilitudinē, quando ratio subiectæ materiæ id suadet, quod contingit hic, quia parochus non sacerdos potest exercere omnia parochi munia, quæ potestate ordinis non indigent: ergo ex illa particula, vel alio sacerdote non

colligitur sufficiens argumentum ad corrigendum totum ius, quod ad obeunda munera ab ordine non pendentia, minimè desiderat in parocho sacerdotium. Quam doctrinam multis alijs rationib⁹, & iuribus confirmat Sanches de matrim. lib. 3. disput. 20. n. 2. per totum. Vtrūm vero parochus excommunicatus, suspensus, vel irregularis, vel cui interdicta est sacramentorum administratio, possit validè assisterē matrimonio, vel alteri licentiam assistendi dare cum codē Sanch. affirmatiū resoluendum est. Probatur quoad primā partē, quia præsentia parochi requiritur in matrimonio, quasi auctoritatem præstatis illi per potestatem, quam habet in subditos, ut docet Nauar. l. 4. consil. in 1. edit. 11. de spons. sed auctoritatē præstare actui sua præsentia non est actus iurisdictionis: ergo. Minor probatur, quia nullus actus ordinis, siue iurisdictionis validè potest fieri ab omnino inuitō, & contrariam habēti intentionem: l. Non omnis, initio ff. de rebus cred. sed præsentia parochi omnino inuiti contrariamque intentionem habentis sufficit ad valorem matrimonij, ut docent omnes Sanch. lib. 3. disp. 39. n. 9. ergo illa præsentia non est actus iurisdictionis. Quoad secundam verò partē probatur, quia assistere non est actus iurisdictionis, vt suprà ostendimus, ergo per concessionem prædictæ licentiæ non delegatur aliquid pertinens ad iurisdictionem, sed conceditur alteri licentia, ut tanquam testis legitimus matrimonio assistat. Alias refert probations Sanches apud quem omnia videri possunt loco citato.

Sanch

30.

31.

Nau.

L. Non omnis. ff. de rebus cred.

Sanch.

32.

§. V.

S. V.

De potestate præsbyterorum in sacramen-
to Pœnitentie.

SUMMARIUM.

- 1 Hæretici qui docuerunt sacerdotes non esse necessarios ministros sacramenti pœnitentiae, & illorum fundatum referuntur.
- 2 Conclusio est de fide solos sacerdotes esse ministros sacramenti pœnitentiae.
- 3 Argumenta Hæreticorum contra hanc conclusionem soluuntur. B
- 4 Non solum sacerdotes probi, & qui in gratia Dei sunt, sed etiam iniqui, & qui rei sunt peccati lethalis, vere sacramentum pœnitentiae conficiunt.
- 5 Bonitas ministri ad sacramenti validitatem minimè pertinet.
- 6 Ratio differentie propter quā sum. Pontif. potest dispensare circa ordinarium ministrum sacramenti confirmationis, non vero pœnitentiae assignatur.
- 7 Laicus deficiente sacerdote in necessitate potest esse minister sacramenti baptismi, non ita pœnitentiae; & ratio adscribitur.
- 8 Explicatur cap. Fures, defurtis.
- 9 Vtrum sacerdotes in sacramento pœnitentiae per se ut iudices tantum vel tanquam ministri Dei absoluant.
- 10 Iurisdictio fori interioris, nec sacerdoti, nec etiam Pape, seu Ecclesiae alter competet, quam in consequentiam sacramenti pœnitentiae.
- 11 Potestas fori interioris competit ministris Christi, non in quantum est homo, sed in quantum est Deus.
- 12 Iurisdictio fori interioris non recte dicitur ecclesiastica, sed diuina.

A

B

C

D

- 13 Concordatur texius in cap. 2. de officio ord. cum cap. Verbum, de pœnit. dist. I.
- 14 Refertur opinio illorum, qui dixerunt omnes sacerdotes ex vi ordinis sacerdotalis habere potestatem absoluendi, licet Ecclesia illis prohibeat ne hoc sacramentum ministrent.
- 15 Reprobatur hæc opinio tanquam erronea stante Concilio Tridentino.
- 16 Secunda opinio in hac quæstione, que facit differentiam inter confessionem voluntariam, & obligatoriam proponebitur.
- 17 Hæc secunda opinio etiam tanquam erronea rejicitur.
- 18 Tertia opinio, que asserit præter potestatem ordinis requiri potestatem iurisdictionis, quam sacerdotes accipiunt ab Ecclesia verissima est.
- 19 Quomodo potestas iurisdictionis sacerdotibus conferatur.
- 20 Qui dicantur habere iurisdictionem ordinariam in sacramento pœnitentiae.
- 21 Proprius sacerdos in sacramento pœnitentiae dicitur solus ille cui immediatè incumbit cura propriæ parochiæ.
- 22 A peccatis venialibus, & a mortali- bus iam semel rito confessis potest absoluere quilibet sacerdos.
- 23 In casu extremæ necessitatis, & mor- tis articulo quicunque sacerdos etiam excommunicatus non toleratus potest absoluere ab omnibus peccatis, & cen- suris.
- 24 Ratio huius conclusionis adiungitur.
- 25 Ecclesia potest impedire sacerdoti hæretico, aut præcisone valide absoluat.
- 26 Sacerdotes non solum habent potesta- tem soluendi, sed etiam ligandi.
- 27 Confessor potest ligare pœnitentem ad pœnas aliquas, & pœnitentiam iniun- gere

- gere quam necessario acceptare tenetur.
 28 Contraria opinio, & eius fundamen-
 ta annectuntur.
 29 Prima sententia tutior, & probabi-
 lior ostenditur.
 30 Clavibus non ad libitum voluntatis,
 sed secundum rationis iustitiam, &
 aequitatem utendum est.

I. **N**hac materia in primis hæreticorum insania miserè docuit, seu potius miseris læsit sacerdotes non esse necessarios ministros huius sacramenti, inter quos fuit Vuicleph. quem quidam ex nouioribus hæreticis nostri temporis secuti sunt, ut attestatur *Vualdens.* *Vualensis* tom. 2. cap. 135. & colligitur doctrina illorum ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 6. & can. 10. Quæ tamen ibi cum suis auctoribus damnatur. Fundamentum illorum prorsus insipidum, & ineptum erat, illi enim negabant ministros huius sacramenti posse aliter remittere peccata, quam excitando in Christianis fidem, quod æquè laici prædicantes, ac sacerdotes facere possunt.

2. Sit tamen conclusio. Fides est ita, vt oppositum sit hæresis manifesta, quod solùm sacerdos potest confidere hoc sacramentum, & habere potestatem ministeriale dimitendi peccata. Hæc conclusio est definita ex presè in Concilio Florentino in literis Eugenij. 4. & in Concilio Constanti. sess. 8. & 15. vbi damnantur errores Joann. Hus, & Vuicleph. & in

Conc. Ca- Concilio Cauillonensi secundo, cap. uillon. 33. & habetur in cap. *Quidam dicunt,* de pœnitent. dist. 1. & patet ex Tri-

d. 1.

A Christi Domini, Ioann. 20. *Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt eis.* Vnde Concilium Trident. anathema dicit ijs, qui dicunt hæc verba non esse intelligenda de potestate remittendi peccata in sacramento pœnitentiae ibi, *Si quis dixerit verba illa Christi Domini, Quorum remiseritis peccata, &c. non esse intelligenda de potestate remittendi, & retainendi peccata in sacramento pœnitentiae, sicut Ecclesia ab initio semper intellecta, detorserit autem contra institutionem huius sacramenti ad auctoritatem prædicandi Euangeliū, anathema sit.* Et quidem si in huiusmodiverbis solùm datur Apostolis potestas excitandi fidem in hominibus per prædicationē Euangeliū, ut hæretici volunt, atque ita remittendi peccata profecto modo sumerentur illa verba valde improprie, & contra verum sensum ab Ecclesia semper intellectum: deinde quia Christus Dominus hic dedit Apostolis peculiarem aliquam potestatem, peculiaremque iurisdictionem; *Insufflans enim in eos ait: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* distinctam à gratia concionandi, nam gratiam concionandi non hic; sed post Pentecosten dedit, vt patet ex Lucæ ultimo, *Euntes in uniuersum mundum prædicate Euangeliū omni creatura, &c.*

B Obijciunt tamen impij Hæretici huius temporis contra hanc conclusionem de fide; primò, quia conclusio nullo modo colligitur ex sacris literis, ergo saltem non semper fuit de fide. Probatut antecedens, quoniam Ioan. 20. vbi expressius videtur significari in illis verbis: *Quorum remise-* *ritis*

Ioan. 20.

Ap.

3.

Ioan. 20.

ritis peccata, &c. vel fit sermo cum solis præsentibus, & successoribus, vel cum omnibus fidelibus: gratis enim dicitur, quod cum omnibus sacerdotibus. Sed si dicatur primum, solus Episcopus potest absoluere, siquidē Episcopi tantum sunt Apostolorum successores. Si verò dicatur secundū omnes fideles possunt absoluere, ergo, &c. Confirmatur, quia Apocalyp. 5. dicitur, omnes iustos esse sacerdotes: ergo omnes iusti possunt absoluere. Respondeo omnes iustos esse generali ratione successores Apostolorum in fide, & gratia: sacerdotes verò præcipuè habentes iurisdictionē sunt successores Apostolorum strictè & propriè, quia receperunt propriū officium illorum, quod erat remitte-re peccata: Episcopi verò sunt propriissimè successores, & idcirkò etiā ipsi Apostoli nominantur. Loquitur ergo ibi Christus Dominus cum Apostolis, & eorum successoribus strictè, & propriè, id est cum omnibus habéтиbus potestatem, & iurisdictionem spiritualem. Quæ intelligentia colligitur ex interpretatione omnium Sanctorum, & Conciliorum à principio Ecclesiæ. Vnde est traditio Apostolica, quod totum hoc significetur in illis verbis. Etsi argumentum negatur, quod non habeatur expressè in sacris literis; colligitur etiam ex ratione naturali, quia in omni republiка sunt iudices habentes iurisdictionem specialiter determinati, & electi, & non quicunque potest sibi usurpare tale officium. Ad confirmationem dico, ex ipso capitulo colligi, quod illa loquutio est metaphorica. Secuti ergo omnes iusti appellantur Reges, ita appellantur sacerdotes.

A Secundò, quia quando aliquis est in articulo mortis, & sensit magnam difficultatem, in eo quod est habere contritionem, habet grauiissimā necessitatem exterioris confessionis: ergo si non habuerit sacerdotem, poterit confiteri laico. Respondeo falsam esse consequentiam, quia talis homo simpliciter loquendo potest habere contritionem, & noluit Deus saluti illius aliter prouidere. Tertiò, quia Prælati non ordinati possunt cōferre alijs potestatem ad absoluendū;

B ergo habent illam, &c. Respondeo, quod illi prælati habent iurisdictionem, non tamen potestatem iurisdictionis: quia potestas iurisdictionis essentialiter includit; vel saltem essentialiter præsupponit potestatem ordinis, quam ille neque habet, neque dat alijs: sed præsupponitur potestas ordinis, & ille dat iurisdictionē quam habet, & sic alijs possunt absoluere, non ipso, quia ille non habet potestatem ordinis, ita *Glossa in Clementina 1. de translatione Episcopi, & Glossa in cap. Quod sicut, §. vt. de elec̄t. & procedit textus in cap. Suffraganeis, de electione. Quartò, quia laicus iustus magis coniungitur cum Christo: quam sacerdos peccator; ergo laicus C. Suffraganeis, de elec̄t.*

C *Glossa in Clem. 1. de translat. Episc. C. Quod sicut de elec̄t.*

D *ad translatione Episcopi, & Glossa in cap. Quod sicut, §. vt. de elec̄t. & procedit textus in cap. Suffraganeis, de electione. Quartò, quia laicus iustus magis coniungitur cum Christo: quam sacerdos peccator; ergo laicus C. Suffraganeis, de elec̄t.*

D. Thom. Respondeo distinguendum esse antecedens, in ipso esse supernaturali, conceditur, in ratione instrumenti operatiui, negatur, quia sic cōstituitur sacerdos per potestatem ordinis. Et ita liquidò apparet quam incpta, & fruiola sint argumēta propter quæ hæretici nostri temporis ab scopo veritatis aberrare videantur.

Adeò

Adeò verum est ut solùm sacerdotes sint ministri huius sacramenti, & à Deo constituti, vt non solùm probi, & qui in gratia Dei sunt, sed etiam iniqui, & qui rei sunt peccati lethalis vere hoc sacramentum conficiant; ita Ecclesia docuit, ac tenuit, quicquid hæretici deblasterent; est etiam hoc de fide definitum in Concilio Tridentino sess. 14. can. 10. ibi, *Si quis dixerit sacerdotes qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & soluendi non habere, aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, &c. anathema sit.* & idem in cap. 6. docent Soarius tomo 4. dc pœnit. disp. 24. sect. 1. n. 2. & 8. Aegidius Conynx. tom. 2. de sacram. disp. 8. dub. 1. Henrig. lib. 3. de pœnit. cap. 6. Cabezudo in 3. partem quæst. 8. dc ministro cōfessionis art. 2. Fagundes in quinque Ecclesiæ præceptis 2. part. libr. 7. cap. 1. n. 2. Ratio à priori est, quia hoc ministerium nō fundatur in sanctitate ministri, sed in potestate, illi in ordinatione concessa, quæ propter peccatum non amittitur, cap. Multi, cap. Dominus, cap. Nō nocet, cum sequentibus, & præcedentibus. 1. quæst. 1. definit Trid. sess. 7. de sacramentis in genere can. 12. docuit D. Thom. 3. p. q. 64. art. 5. cap. 28. Soar. tom. 3. disp. 13. sect. 4. à princip. qui varijs rationibus, & auctoritatibus confirmant, & contrarijs abunde satisfaciunt. Vnum non omitto, quia ad præsentem tractatum pertinet, quod nonnulli hæretici sumunt ex auctoritate Ioan. 20. *Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata, &c.* quasi sine Spiritu Sancto, id est gratia sacerdotalis hæc potestas eis conueniat. Sed respondetur cuim Chrysostom. August. Hieron. Tolet. atque

alijs, quos refert, & sequitur Bellarm. *Bellarm.* de sacram. in gen. lib. 1. cap. 26. verbo *quoad tertium*, Henrig. d. lib. 6. cap. 17. *Henrig.* lit. A. quod per Spiritum Sanctum eo loco intelligitur potestas ordinis quā Christus Dominus Apostolis, eorumq; successoribus sacerdotibus in illis verbis, & sequentibus concessit, quanvis Henrig. ubi proximè atque alij intelligent de plenitudine gratiæ, vt scilicet licite & sine peccato valeant ministrari, quod nobiscum non pugnat.

Bonitas autem ministri, seu sanctitas, hoc est, quod nullam habeat peccati mortalis conscientiam, quanvis ad substatiā absolutionis pertineat. vt scilicet sine peccato, & dignè præstetur à sacerdote, textus sic intelligendus in cap. 1. ibi, *à sacerdoti meliori quam potest confiteatur*, de pœnit. dist. 6. ex se tamen ad sacramenti validitatem minimè pertinet, vt notant Doctores omnes suprà citati, Nau. in d. cap. 1. n. 3. Soar. dc pœnit. disput. 28. sect. 1. à n. 2. præueque sentire eos, qui negant hanc potestatem remittendi peccata sacerdotibus existentibus in mortali: & patet ratio quoad vtrūque membrum, certum est enim in omnibus sacramentis cum sancta siat sancteque tractari oporteat. Vnde ministros cum conscientia peccati mortalis ea ministrantes mortaliter pecare docet Doctores suprà relati latè *Henrig.* Henrig. lib. 1. cap. 23.

C. *Multi. L. Domin.* *Soar.* *Nau.* *Soar.* *Cap. 1. dt. pœn. d. 6.*
D. Sed contra hactenùs propositam doctrinam vt solus sacerdos sit minister huius sacramenti: oppones primo, quia ordinarius minister Confirmationis est Episcopus, & tamen deficiente Episcopo in necessitate ex dispensatione Summi Pontificis, potest quilibet sacerdos esse minister illius,